

Quartum

qua determinata radice. puta ab aliq
oppositione solis et lune vel ab aliq
coniunctioe vel ab aliquo huicmo
di sicut est in omnibus alijs computa
tionibz astronomicis.

Explicit quodlibz tertiu.
Incipit quodlibz quartu.

Quartus articulus primum.
Clestum est de rebz dñi
uinis et humāis. Circa
res diuinās quesitū est
primo de essentialibz.
Secundo de persona
libz. Circa essentialia quesitū
est primo de scientia dei. Secun
do de eius potentia. Circa scien
tiam q̄ quesitū est verum in deo sunt
plures idee. et videtur q̄ sic. Dicit ei
Augus. in. li. lxxiiij. q. De singula
proprijs ratiōibus creavit. et alia ra
tione hominem. et alia ratione equū.
Sed rationes rerum in mente diuinā
dicuntur idee. ut patet per Aug.
Ibidem. ergo sunt plures idee. Pre
terea si hoc sit aliqua distinctio. q̄
deus earum distinctionē cognoscit.
Cognoscit autē earū distinctionē
in seipso. ergo distinctiorū rerum sūt
in deo plures et distincte idee. S; contra.
Omne nomen quod. in diuinis
dicitur aut est essentialie ut deus
aut personale ut pater. aut notionale
ut generās. Sed hoc nomen idea
neq̄ est personale neq̄ notionale. q̄
non conueniret tribus personis. er
go est nomen essentialie. Sed nulluz
essentialie multiplicatur in diuinis.
ergo non possumus dicere q̄ in
deo sunt plures idee. Responsio
dicendum q̄ duplex est pluralitas.

Una quidem est pluralitas rerum.
et secundum hoc nō sunt plures idee
in deo. nominat enim idea formam
exemplarem. Est autē una res que
est omnium exemplar scilicet diuina
essentia quam omnia imitantur in
quantum sunt et bona sunt. Alia ve
ro pluralitas est secundum intelligē
tie rationem. Et secundum hoc sunt
plures idee. licet enim omnes res in
quantum sunt diuinam essentiaz uni
tentur. non tamen uno et eodem mo
do omnia imitantur ipsas. sed diver
simode et secundum diversos gradū.
Hic ergo diuina essentia secundum
q̄ est imitabilis hoc modo ab hac crea
tura est propria ratio et idea huic
modi creature. et similiter d̄ alijs un
de secundum hoc sunt plures idee
secundum q̄ intelligitur diuina esse
tia secundum diversos respectus. q̄s
res habent ad ipsam eaz diversimo
de imitantes. Om̄i autem respectū
non solum intelliguntur ab intellectu
creato sed etiam ab intellectu in
creato ipius dei. Scit enim deus et
ab eterno scivit q̄ diverse creature
diversimode essent eius essentiā et
am imitature. et secundum hoc ab ei
terno fuerunt in mente diuina plus
res idee. sicut rationes proprie rerū
intellecte in deo. Hoc enī significat
nomen idee. ut sit scilicet quedam for
ma intellecta ab agente. ad cuius su
militudinez exterius opus produce
re intendit. sicut edificator in mente
sua preconcipiit formaz domus que
est quasi idea domus in materia sū
de. Ad primum ergo dicendum.
q̄ Augustin' intelligit esse aliam et
aliam rationem secundum diversitatē
tem respectuum ut dictum est. Ad
secundum dicendum. q̄ cum dicitur
secundum hoc res sunt distincte. put

g 3.

Quodlibet

deus earum distinctiōem cognoscit
hec locutio est duplex. Qd enim dicit
fm qd deus cognoscit pōt referri ad
cognitionem diuinam ex parte co-
gniti vel ex parte cognoscētis. Si
ex parte cogniti. sic vera est locutio.
est enim sensus qd hoc modo res sint
distincte sicut deus cognoscit eas eē
distinctas. Si vero referatur ad cog-
nitionem ex parte cognoscētis sic
locutio falsa est. erit enim sensus qd res
cognite illū modūm distinctiōis ha-
beant in intellectu diuino quem ha-
beant in seip̄is quod falso est. qd
in seip̄is res sunt diuise essentialiter.
non autē in intellectu diuino. sicut
etiam res in seip̄is sunt materialiter
in intellectu autē diuino imaterialiter.
z in hoc vlt̄o sensu procedebat obie-
ctio. Ad tertium dicendum. qd rō illa
procedit de pluralitate reali. talis ei
pluralitas in nominib⁹ essentialib⁹
non invenitur. sed solum pluralitas qd
est fm intelligentie ratione.

Dinde quesitum est de perti-
nentibus ad potentia dei.
Et primo vtrum in deo sit
virtus. Scđo de quodā effectu di-
uine virtutis. vtrum scilicet aque sint
super celos. Tertio ad quid virt⁹
divina se extendere possit.

Areiculus ij⁹

Hprimū sic proceditur. Vt
detur qd in deo non sit virtus
quia vt p̄bus dicit in primo
de celo. Virtus est ultimum poten-
tie. sed diuina potentia non habet ul-
timū. cum sit infinita. ergo in deo nō
est virtus. Sz contra omne īmedi-
atum operationis principium virt⁹
est. Operatio enim omnis a virtute
aliqua procedit. Sed in deo est ali-
quod īmediatum operationis prin-

cipium. quia deus īmediate aliqua
operatur. ergo in deo est virtus.
Responsio dicendum. qd virtus qualis
tercunq; accipiatur significat poten-
tie complementuz. Et inde est qd vir-
tus uniuscuiusq; rei est que bonum
facit habentem z opus eius bonum
redit. vt dicitur in.ij. Eth. Tunc em̄
ostenditur potentia esse completa.
quando z agēs est perfectum z actio
perfecta. Cum ergo potentia dei sit
maxime completa potissime in deo
vītēs īvenitur. vnde dicitur Sap.
xiiij. Virtutes ostendis tu qui non cre-
deris in virtute consummatus. z in
psalmi. M̄agnus dominus z magna
virtus eius. Ad primum ergo di-
cendum qd quandoq; virtutes noti-
ficantur non per aliquod quod de
virtute essentialiter predicitur. sed p̄
id ad quod virt⁹ ordinatur. Ab eo
enim speciem habet sicut Augusti. di-
cit. qd fides est credere quod non vi-
des. Credere enim non est ipa fides
sed actus ad quem fides ordinatur.
Et hoc modo plus diffinit virtus
cum dicit. qd virtus est ultimum
potentie. quia scilicet virtus rei attē-
ditur in ordine ad hoc in quod vlt̄o
mo potest. sicut virtus eius qui po-
test ferre centum libras. vt ipse ibidē
dicit non constituit in hoc ut ferat de-
cem sed in hoc qd ferat illud ultimum
in quod vlt̄o potest scilicet centū.
Sic ergo virtus cuiuslibet rei non at-
tenditur in uno eorum que potest. Sz
respectu totius quod potest. Virtus
ergo diuina non potest attendi fm
aliquod vnu opus ipsius. quia nul-
luz opus eius est quod adequet ei⁹
virtutem. vt deus amplius facere nō
possit. sed virtus eius attenditur se-
cundum totuz in quod potest. Hoc
autē est infinitū. quia scz de⁹ īfinita

Quartum

facere potest. unde et virtus dei est infinita et hoc est ultimum ei infinita posse. sicut virtuti finite est ultimum aliquod determinata posse.

Articulus iij.

A sed sic proceditur. videtur quod aque habentes veram spiem. aque elementaris super celos existant. Homo enim dicitur minor mundus propter similitudinem quam habet cum mundo maiori. Sed videin' quod in corpore humano supponitur cerebrum quod habet naturam aque cordi. quod habet proprietatem ignis in quantitate est fons naturalis caloris ergo etiam in mundo maiori aqua superponitur alijs elementis. Et hec ratio videtur Aug. in. xi. de ciui. dei. vbi dicit de quibusdam quod ponderibus elementorum mouentur. et ideo non putant aquarum fluidam graue quod naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui. qui sunt rationes suas si ipsi hominē facere potuissent non ei pietitaz quod grece flema dicitur et taq' in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet in capite ponerent. Sed contra. partes mundi sunt optime et ordinatissime disposite sunt naturam. Et id quod habet species aque naturaliter est ponderosus. et ita naturaliter subsidet corporibus levibus aeri et igni. Non ergo aliquid habet veram speciem aque supra celos existit. Responso dicendum. quod in sacra scriptura que mentiri non potest expressa dicitur aquas esse supra celos. Dicit enim Beñ. i. De diuisit aquas que sunt sub firmamento ab aquis quod sunt supra firmamentum. Et in ps. dicitur. Aquae que super celos sunt laudent nomen domini. et ideo sicut augustinus dicit iii. ii. super Beñ. ad lit

teram. Quoquo modo vel qualescumque aque ibi sunt esse ibi eas minime dubitem'. Major quippe est scriptura huius auctoritas quam omnis humani generis capacitas. Sed sicut Augustinus primo eiusdem libro dicit. Urpe est nimis et primitivum atque maxime cavendum ut christianus de his rebus scilicet naturalibus quasi sum christiani litteras loquenter ita delirare quilibet infidelis audiat. ut quemadmodum dicitur toto celo errare conspiciens risum tenere vix possit. et non tam molestus est quod errans homo deridetur. sed quod autores nostri ab eis qui foris sunt talia sensisse creduntur. et cum magno eorum exitio de quo rum salute satagimus tanquam indocti reprehenduntur atque respiciuntur. et ideo sicut ipse subiicit multiplices expositiones ipse posuit in verbis genesis. ut sic accipiatur una expositio quod alteri expositioni non prejudicetur quod forte melior est. Sic ergo quod dicitur de aquis supra celos existentibus multipliciter intelligi potest. Uno modo ut per firmamentum vel per celos non intelligamus firmamentum vel celum in quo sunt sydera. sed hunc aerem in quo aves volare dicuntur supra quem aerem aque vaporabiliter elevantur et exinde pluvie generantur. Et de hac expositione dicit Augustinus in secundo super Beñ. ad literam. Hanc considerationem dignissimam induco. Quod enim dicitur neque contra fidem est et promissu posito documento credi potest. Si autem per firmamentum vel celos intelligatur firmamentum ubi sunt sydera posita. sic sciendum est de hoc firmamento diversas opiniones fuisse. Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quattuor elementis

Quodlibet

tis compositum que videtur esse positio Empedoclis. et si hoc nihil probabit dicere supra hoc celum sydereum esse aquas elementares tanquam simpliores et super eas etiam ignem a quo vocetur celum empireum. Aliorum autem positio est quod celum vel sit igne nature sicut posuit Plato. vel non sit de natura quatuor elementorum. sed habens altorem naturam sicut posuit Aristoteles. Utroque istorum supposito inconveniens videretur supra firmamentum illud aquam elementarem materialiter esse dispositam. Nunc enim sicut Augustinus dicit iij. super Genesim. Quemadmodum deus instituerit naturas rerum nos conuenit querere. nunquid in eis vel ex eis miraculorum potentie sue velit operari. sed tamen aliquales aquas supra hinc firmamentum ponere possumus. uno modo ut per aquas intelligamus totam materiam corporalem. sicut accipitur in principio gen. secundum expositionem Augustini. Et ideo secundum hunc intellectum aquas esse super celos sydereos nihil est aliud dicere quam aliquid de materia corporali super hos celos existere. et hoc etiam a dictis platonum modernorum non discordat. quod ponunt supra octauam sphaeram insunt stelle aliam sphaeram in qua nulla est stella. et hanc expositionem ponit Augustinus. Super Genesim contra manicheos. Alio modo potest dici. quod sicut celum empireum dicatur ignem non quia habeat speciem ignis sed propter splendorem. ita etiam aquae super celos dicuntur. non quia habent speciem aque sed quia habent dyaphanitatem ad modum aque. ut sic supremum celum secundum quod empireum dicatur sit totum splendidum. secundum autem quod aquum dicatur

sit totum dyaphanum. Tertium autem celum quod dicitur sydereum sit partim lucidum partim dyaphanum. Sic ergo secundum quancumque opinionem potest veritas sacre scripture salvare diversimode. Unde non est coartandus sensus sacre scripturae ad aliquid horum. Ad primus ergo dicendum quod homo assimilatur maiori mundo quantum ad aliquid in quantum scilicet constat ex corporali et spirituali natura. sicut et totus universum. non tamen quantum ad omnia assimilatur universo. Ordo enim partium in homine non est secundum quod exigit eorum natura sed prout exigit ratio finis. Ponitur enim cor in medio ut ex eo diffundantur operationes vite de faciliter per totum corpus. Cerebrum autem ponitur in supremo ut operationes animales que ibi quodammodo perficiuntur non impeditantur per diversas corporis transmutationes. sicut etiam ordo cognitionis humanae non est secundum ordinem naturalem cognoscibilium. sed quo ad nos. Augustinus autem non inducit hoc assertum sed obviando his qui scripturas pravae interpretantur

AEinde considerandum est de his ad que divina potentia se extendere potest. Et circa hoc queruntur duo. Primo. utrum deus possit aliquid in nihilum redigere. Secundo si aliquid esset in nihilum redactum. utrum deus possit illud reparare idem numero.

Articulus iii
Primum sic procedebatur. Videlicet quod deus possit aliquid in nihilum redigere. Et quod enim est distantia non entis ad

Quartum.

ens et entis ad non ens. Sed de' potest ex nihilo aliquid facere. ergo deus potest ex aliquo facere nihil. **C**ontra. Deus non potest esse causa defectiva. sed ea que facit, tendere in non esse est causa defectiva. ergo deus non potest redigere aliquid in nihilum. **R**esponsio dicendum quod de potentia dei duplicitate loqui possumus. Uno modo absolute considerando eius potentiam. Alio modo considerando ipsam in ordine ad sapientiam vel prescientiam suam. Loquendo ergo absolute de dei potentia sic deus potest uniuersam creaturam redigere in nihilum. Cuiusratio est. quia creatura non soluz producitur in esse deo agente. sed etiam per actionem dei conservatur in esse. secundum illud ad hebr. i. Portans omnia verbo virtutis sue. Unde Aug. dicit. iiiij. sup. gñ. ad litteraz. Quod virtus dei si aliquando ab eis que creata sunt regendis cessaret. simul et illorum cessaret species omnis quod natura concideret. Si autem deus propria voluntate agit et non ex necessitate nature ad rerum productionem. ita etiam ad earum conservationem. et ideo potest subtrahere suam actionem a rebus conservandis. et hoc ipso omnia in nihilum deciderent. Si vero loquamur de potentia dei in ordine ad ei sapientiam et prescientiam. sic non potest fieri quod res in nihilum redigatur quia non habet hoc divina sapientia. Creavit enim deus ut essent omnia ut dicitur sap. i. non ut in nihilum cederent. **P**rimum ergo concedimus secundum quod procedit de potentia absoluta. **A**d secundum dicendum quod causa defectus alicuius potest esse aliquid duplicitate. Uno modo ex propria intentione. sicut cum aliquis ibi

trahendo lumen causat tenebras. et hoc modo non oportet quod sit causa defectiva illud quod causat defectum. Sic autem deus potest esse alicuius defectus causa vel execrationis vel obdurationis etiam annihilationis si vellit. Alio modo aliquid praeter eē causare defectum preter intentionem. et sic semper oportet quod causa defectus sit defectiva. quod ex defectu agentis contingit quod non inducat perfectionem in suo effectu. et sic deus nullo modo potest esse causa defectus vel tendendi in non esse.

Articulus .v.

Hec secundum sic proceditur. videtur. quod deus non possit quod in nihilum redactum est idem numero reparare. Sic enim philosophus in secundo de generatione. quod ea quorum substantia corruptitur non reiterantur eadem numero. Sed eorum que in nihilum rediguntur substantia corruptitur. ergo eadem numero iterari non possunt. **S**ed contra est quod Augustinus dicit. iiiij. de civi. dei. Si caro humana omnibus periret modis nec illa eius materies in illis lateribus remansisset unde si velllet eum repararet omnipotens. Sed si nulla materia remanente de re corrupta quod corruptitur in nihilum redigatur. ergo deus id quod in nihilum est redactum potest idem numero reparare. Preterea differetia est causa numeri. sicut Dam. dicit. Sed nihil non facit aliquam differentiam quia non entis non sunt species neque differentie secundum plim. ergo id quod reparatur a deo per esse unum et idem numero quodvis in nihilum fuerit redactum

Quodlibet

Respons. descendū. q̄ in his que ī nihilum redigi possunt est quedā differētia attendenda. quedam enī sūt quorum vnitatis in sui ratione habet durationis continuitatē. sicut patet in motu tempore. et ideo interrupcio talium indirecte contrariatur vnitati eorū sī numerū. Ea vero q̄ contradictionem implicant non continentur sub numero deo possibiliū quia deficiūt a ratione entis. et ideo si hīmōi in nihilum redigantur deus ea nō potest eadem numero reparare. Hoc enī essē facere contradic̄tia simul esse vera. puta si motus sint raptus essē vnu. Allia vero sūt quorum vnitatis non habēt in sui ratione continuitatē duratiois. sicut vnitatis rerum permanentiū nisi per accidētē in quantum eorum esse subiectū est motu. Sicut enī et mensurantur hīmōi tempore et eorū esse vnu et continuus sīn vnitatem et continuatē temporis. et quia naturale agens non pōt ista producere sine motu. inde est q̄ naturale agens non potest hīmōi reparare eadem numero si in nihilum redacta fuerint vel si fuerint sī substantiaz corrupta. sed deus potest reparare hīmōi sine motu quia in eius potestate est q̄ producat effectus si ne causis medijs. et ideo potest ea eadem numero reparare etiam si in nihiluz elapsa fuerint. vnde pat̄ rūsio ad primū et secundū. Ad tertiu dicendum. q̄ nihiluz non est differētia aliusq̄ entis si per hoc q̄ alius reducatur in nihiluz interrumpatur continuatio essendi que pertinet ad vnitatem motus et eorum que conse-
quuntur ad motum.

Dinde quesitum est de perso-
nalibus que pertinent ad p-
sonam filij. Primo quantū

ad naturam diuinam. Secundo
quantum ad naturam assumptā.
Circa primū quesita sūt duo. Terti-
mo utrum pater eodez verbo dicat
se et creaturam. Secundo utrū filii
sua filiatione distinguatur a spiritu
sancto

Articulus vi.

Hipmū sic proceditur. Vide
tur q̄ pater non eodem verbo
dicat se et creaturam. Dicere
enī se soli patri conuenit. vt Aug⁹
dicit. viij. d. trin. Et dicere creaturā
conuenit toti trinitati. ea enī que
important respectū et creaturam toti
trinitati conueniunt. vt pat̄ p. Bio.
ij. c. de dī. no. ergo pater non eodem
verbo dicit se ad creaturam. Pre-
terea creatura procedit a deo p mo-
dum voluntatis. Filius autem qui ē
verbum quo pater dicit se ipsum
procedit a deo per modum nature.
quia vt Hyl. dicit in libro de syno-
dis. Omnibus creaturis substantiaz
voluntas dei attulit. Filio autem na-
turam dedit nativitas. ergo non est
idem verbum quo pater dicit seipm
et quo dicit creaturaz. Et contra
est quod Aug⁹. dicit. ij. super. Gen.
ad litteram. Qd dixit et facta sunt. i.
verbum genitū in quo erat vt fieret
creatura. Sed verbum genitū dices
seipsum. ergo idem est verbum quo
dicit seipsum et quo dicit creaturam
Responsio dicendum. q̄ sicut Au-
gustinus dicit. xv. de trin. Verbum
dei representatur aliqualiter p ver-
bum nostri intellectus. quod nihil ē
aliud q̄ quedam acceptio actualis
nostrae notitie. cū ei id qd scim⁹ actu
p̄siderādo p̄cipim⁹. hoc verbum nři in
tellect⁹ ē. et hoc ē qd verbo exteriori

Quartum.

significam? sed quia nos nō totū id qđ habem scim? actū mente concipi m? sed d̄ vno intelligibili mouemur a d̄ aliud. inde est qđ in nobis non est vnum solum verbū mentale s̄m multa quorū nullū adequat nostrā sciētis. Sed deus quicquid scit actū i telligit. et ideo in mente eius non succedit verbum verbo et sicut eadē sciētia scit se et omnia alia. ita etiā eo dem verbo exprimit seipm et omnia alia. nec essz eius verbū perfectuz. vt Aug⁹. in eodē li. dicit. si aliquid minus essz in eius verbo qđ in eius scia. Unū quicqđ pater scit totū vnicō suo verbo dicit. sic nece est qđ idē sit verbum quo dicit seipm et quo dicit creaturā. Ad p̄mū ergo dicenduz. qđ dicere si proprie sumatur est p̄ducere verbum. quod soli patri conuenit. et ideo si dicere in diuinis p̄prie sumat. solus pater dicit. quia sol⁹ ip̄e generat verbū. Hoc enim p̄mo exprimit quicqđ tota trinitas scit. quia trīum personarū est vna scientia. et ex hac ratione verbū importat respectū ad creaturā in q̄ntum est expressio quēdā scientie quā pater habet cōiter cū alijs personis de creatura. Ad seicundū d̄. qđ aliud est verbum et id qđ dicitur verbo. hoc enī verbo qđ est lapis significatur res que non est verbū sed corpus. vnde nihil p̄hibet creaturam pcedere a deo p̄ modum voluntatis. Verbus autē quo dicitur creatura p̄ modum nature.

Articulus viij

Hec secundū sic p̄ceditur. Videat qđ filius distinguatur filiatione a sp̄ū sancto. Eodem enī modo aliquis constitutur ab alio distinguatur. Sed persona filii constitutur filiatōe que est proprietas personalis. i. constitutens personam

filii. ergo filiatōe distinguatur a sp̄ū sancto. Sed contra est quod hoc tuis dicit in. li. de trini. qđ sola relatio in diuinis multiplicat trinitatez. Et Ansel. dicit in li. de processione sp̄ū sancti. Qd̄ ibi solum distinguuntur p̄sonae diuine vbi occurrit relationis oppositio. Sed filius nō opponitur relative spiritui sancto filiatione sed solum patri. ergo fili⁹ non distinguuntur filiatione a spiritu sancto sed solum a patre. R̄ns. dicenduz qđ hoc modo se habent proprietates personales in diuinis ad distinguēdum p̄sonas. sicut se habet in rebus natura libus forme s̄bales ad distinguēdas species rerum. sic tamen qđ a creaturis exempla ad deū assūpta nō omnino similia sunt. In reb⁹ autē natura lib⁹ distinguuntur aliquid p̄ formā suaz ab alio dupliciter. Uno modo s̄m directam oppositionē forme ad formā et hoc modo distinguuntur vnaqueq; res naturalis ab omnibus specieb⁹ sui generis que habet formas oppositas s̄m qđ gen⁹ dividitur oppositis differentijs. sicut saphyrus distinguuntur sua forma ab omnibus alijs speciebus lapidum. Ilio modo distinguuntur res naturalis p̄ suaz formam s̄m habere et non habere. et hoc modo quod habet aliquam formam naturalem distinguuntur ab omnib⁹ nō habentibus formam illam. sicut sa phyrus per suam formam naturalez distinguuntur non solum ab alijs generib⁹ lapidiū. sed a sp̄eb⁹ aīalium et plantarū. Sic ergo d̄ qđ fili⁹ sua filiatione distinguuntur qđē a patre s̄m oppositionē relativaz filiationis ad paternitatē. sed a sp̄ū sancto distinguuntur filiatione p̄ hoc qđ sp̄ū sanct⁹ nō habet filiationem quam fili⁹ habet. et per hoc p̄missio ad obiecta.

Quodlibet

Articulus .viiij.

DExinde quesitum est de filio quantum ad naturam assumptam. Et circa hoc quesitum est verum sit unum numero corpus christi affixum cruci et iacens in sepulcro. Et videtur quod non. quia eunq[ue] differunt specie differunt numeri. Sed corpus christi appensum in cruce et iacens in sepulcro differt species eo modo quo mortuum et vivum differunt species. ergo non est unum et idem numero. Sed contra. Quemq[ue] sunt unum et idem supposito vel hypostasi sunt unum et idem numero. Sed corpus christi iacens in sepulcro et appensum cruci est unum et idem supposito sive hypostasi quia hypostasis verbi dei nunquam separata est ab eius corpore. Ergo corpus christi est unum et idem numero appensum cruci et iacens in sepulcro.

Responsio dicendum quod circa hoc cauende sunt due damnatae hereses. quarum una est arrianorum quod cum posuerent christum animam non habuisse sed verbum fuisse corpori loco anime per consequens posuerunt quod verbum separatum est in morte a corpore sicut manifeste patet in quodam sermone arrianorum contra quem Augustinus disputat. Alia vero est heresis galanicarum que fuit in sexta synodo damnata. qui cum posuerent unam naturam compositam ex divinitate et humanitate posuerunt illam naturam simpliciter incorruptibilem et ita posuerunt corpus christi simpliciter incorruptum non solum corruptione putrefactionis. quod fiducia catholica tenet secundum illud psalmi. Non dabis sanctum tuum videlicet corruptionem. sed eccl corruptionem que

pertinet ad rationem mortis. quod est impium. ut patet per Damasc. in tertio libro. Sic ergo ad excludendam primam heresim oportet nos ponere identitatem secundum superpositum in corpore christi appenso cruci et posito in sepulcro. Ad excludendum vero secundam heresim oportet nos ponere veram differentiam mortis et vite. Sed quia prima unitas maior est quam secunda differentia. dicendum est quod est idem numero corpus christi appensum cruci et iacens in sepulcro.

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa non tenet in corpore christi propter unitatem hypostasis.

Articulus .ix.

OExinde quesitum est de rebus humanis. Et primo de gratia. Secundo de gratia sacramentis. Tertio de actibus humanis. Circa primum queretur utrum deus semper faciat novam gratiam. Et videtur quod sic. Augustinus enim viii. super Genesim. ad litteram comparat infusionem gratiae illuminationi. Sicut inquit aer presente lumine non factus est lucidus. sed sit quia si factus esset non fieret. sed etiam lumine absente lucidus maneret. sic homo deo sibi presente illuminatur. absente autem continue tenebratur. a quo non locorum internalis sed voluntatis aversione disceditur. Sed sol semper facit novum lumen in aere. ergo deus semper facit novam gratiam in anima.

Sed contra nobilioris creature nobilissimus est esse. sed gratia est nobilissima creatura. quia est perfectio nature rationalis creature. quod enim esse est nobilissimum. non

Quartum.

ergo durat solum in momento. et ita non semper deus facit nouam gratiam. **R**esponsio dicendum quod duplex est actio. Quedam que fit cum motu. et talis actio semper est cum aliis qua innovatione. quia semper in motu aliquid fit et aliquid definit esse in quantum accedit ad terminum et receditur a termino. et propter hoc phus dicit in octavo physico. quod in omni motu est quodammodo fieri et corrumphi. Alio autem actio est quod est sine motu per simplicem communicationem forme in quantum scilicet agens similitudinem imprimit recipienti disposito. et talis actio in principio quidem est cum innovatione secundum quod de novo adquiritur forma in subiecto. Sed continuatio ipsius actionis sicut nullum habet motum adiunctum sed simplicem influorum sive communicationem. ita etiam nullam habet innovationem. et hoc modo causatur gratia a deo in anima. Unde dicendum est quod secundum durat gratia in anima deus in anima operatur causans eam. non tamen ita quod faciat semper nouam gratiam. et quod singulis momentis existens corruptatur. sed quia eadem gratiam quam primo infudit semper operatur in anima conservans ipsam. quod quidem difficile est ad intelligendu[m] non valentibus abstrahere considerationem suaz ab actionibus que sunt cum motu in quibus semper aliquid innouatur ut dictum est. **A**d primum ergo dicendum quod lumen semper fit in aere quia semper actione solis illuminantis conservatur non quod semper fiat aliud et aliud lumen.

Decide quesitum est de sacramentis gratie. **E**t primo de sacramento penitentie. utrum

per absolutionem sacerdotis remittatur culpa. **S**ecundo de sacramento matrimonij. utrum vir possit accipere crucem si timeatur de inconvenientia uxoris non valentis virum sequi

Articulus nonus.
Prinnum ergo sic procedebatur. Videtur quod per absolutionem sacerdotis culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto victore in libro de sacramentis. De sententiam Petri sequitur sententia celi. Sed sententia celi est de remissione culpe. Ergo remissio culpe sequitur per sententiam petri quae est sacerdotis absoluventis. **P**reterea sacramenta sunt medicinae contra peccata. Sed per medicinam sanantur vulnera vel eritudines. Ergo eritudo vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentie. Sed sacramentum penitentie consummatur in hoc quod dicit. Ego te absoluo. si cu[m] sacramentum baptismi in hoc quod dicit. Ego te baptizo. ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa. **S**ed contra est quod per solam contritionem dimittitur peccatum secundum illud psalmum. Dixi confitebor aduersum me iniusticias meas domino et tu remisisti impietatem peccati mei. Sed contrito precedit absolutionem sacerdotis. quia sacerdos non debet aliquem absoluere nisi estimet eum contritum. ergo remissio culpe precedit absolutionem sacerdotis. Non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur. **R**esponsio dicendum. quod sacramenta duplicitate operantur. Uno modo secundum quod exhibentur in actu. alio modo secundum quod habentur in yoto. et hoc

Quodlibet

ideo quia sacramenta operantur et instrumenta divine misericordie iustificantur. Dei autem est respicere ad hominis cor secundum illud. i. Re. xvi. Homines vident ea que parent. de autem intuetur cor. et ideo quis res naturales non agant nisi presenti alter exhibite. sacramenta tamē agit etiam secundum quod sunt in voto. sed plenus sacramentalem effectum induunt quando actu exhibentur. sic patet in baptismo. Nam cathecumenus si sit adultus. habeat baptismum in voto iam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem a peccato et consecutionem gratiae quod est proprius effectus dei. Sed quando actu baptismi suscepit consequitur plenus quosdam sacramentales effectus. quis suscepit characterem et remissionem totius pene. Si quis tamē esset qui non prius haberet baptismum in voto quod actu baptizaret sicut precipue patet in pueris simul recipit per baptismum gratiam remittentei culpam et omnem alium sacramenti effectum. et hoc etiam contingere in adulto si simul cum bapti faretur votum baptismi habere inciperet. et idem est etiam in sacramento penitentie quod consummatur in dispensatione ministri absoluenter. Cum enim aliquis actu absoluitur consequitur plenarie sacramenti effectum. sed si antequam absoluatur habeat hoc sacramentum in voto quando scilicet proponit se subjicere clavis ecclesie. iam virtus clavis operatur in ipso et consequitur remissione culpe. Si quis tamen in ipsa absolutione incipit conteri et claves ecclesie habere in voto. in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam quam infunditur in hoc sacramento. sicut et alijs

sacramentis nove legis. unde quoniam pergit quod aliqui non profecte contriti virtute clavis gratia contriti oportet sequitur. dummodo non ponatur obice spiritus sancto. et id est in alijs sacramentis nove legis in quibus gratia confertur. videtur tamen esse differentia inter baptismum et penitentiam propter hoc quod sacramentum penitentie semper exhibetur adultis in quibus ut plurius manifestetur contritus precedit tempore confessionem et absolutionem. baptismum autem multotiens confertur pueris in quibus votum baptismi non precedit. omnino autem simile apparet si etiam baptismus exhibetur ad ultros. Ad primum ergo dicendum quod verbum hugonis non est sic intelligendum quasi sententia Petri in sacerdote absoluente procedat tempore sententiam celi. i. dei remittentis culpam sed quia sententia Petri approbat sententiam dei. Ad secundum sic dicendum quod medicina sacramentalis operatur non solum actu exhibita sed etiam in apostolo existens et ideo quoniam sanatio vulneris precedit sacramentalem absolutionem. Ad tertium dicendum quod nunquam potest esse vera contritus sine voto clavis ecclesie. quoniamcumque sit dolor de peccato preterito et proprium abstinendi in futurum. et ideo in contritione culpa remittitur.

Areiculus. xi.
Secundum sic proceditur. Videlicet quod vir possit accipere crucem ad transfractandum ultra mare nolente uxore si de eius continencia timeatur. Non debet enim homo pretenderi a propria salute pro salute aliena. Sed hoc percurat salutem propria per hoc quod cruce signatur sequens plenam remissionem peccatorum. quod non debet permittit ut proprieatatem saluti uxoris

Quartum.

Sed contra est quod Augustinus dicit. Si abstines sine uxoris voluntate tribuis ei fornicationis licentiam. et peccatum illius tue imputabitur ab silentie. sed accipiendo crucem impeditur a redditioe debiti. ergo videtur q[uod] peccatum uxoris si contingat viro imputatur. **R**ufus. dicen d[omi]n[us] q[uod] ea que sunt necessitatis non sunt pretermittenda propter ea que sunt proprie voluntatis. Unde etiam dominus Math. xv. repreh[ed]it phariseos qui dicebant p[er]mittere mandatum de honoratione parentum ut aliquae voluntarie oblationes deo offerrentur. Et necessitate autem viro imminent ut gerat curaz uxoris. quia caput mulieris est vir. ut dicitur. i. ad Corin. xi. Sed q[uod] accipiat crucez ad transversandum subiacet propriam voluntati. unde si uxor sit talis que sequi non possit p[er]ter aliquod legitimum impedimentum et de eius in continentia timeatur. non est ei consilendum ut accipiat crucez et dimittat uxorem. secus autem si uxor continentia voluntaria proponat. vel velit et possit sequi virum suum. **A**d p[ri]mum ergo dicendum q[uod] hoc etiam ad saltem propriam viri pertinet ut gerat curam de salute uxoris que viri regimini p[er]mittitur.

Dende quesitum est de actibus humanis. Et primo de actibus pertinentibus ad platos. Secundo de actibus qui possunt pertinere ad omnes. Pertinet autem ad prelatos p[re]cipere dispensare in precepto. excommunicare rebellantes preceptis et beneficia ecclesiastica conferre. Unde circa p[ri]mū q[ui]rū q[ui]tuor. Primo de obedientia ad precepta prelatorum. utrum scilicet

cet religiosus teneatur obedire prelato suo precipienti ei in virtute obedientie q[uod] reuelat ei crimen frateris occultum. Secundo circa dispensationem utrum papa possit disperdere in bigamia. Tertio circa excommunicationem. utrum aliquis teneatur vitare excommunicatos illos de quorum excommunicatione etiam inter peritos est diversa sententia quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse et alijs non esse. Quarto circa collationem beneficiorum. utrum prelatus ecclesie licite possit dare beneficium consanguineo non idoneo existenti si equa facilitate occurrat ei alijs magis idoneus.

Articulus xij

Hab[em]us p[ri]mum sic proceditur. ut detur q[uod] subditus non teneatur obedire prelato precipiti revelationem crimis occulti. Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio. Sed occulta non subduntur iudicio humano sed soli iudicio divino. ergo circa eorum revelationes nullus tenetur obedire prelato precipienti. Sed contra est q[uod] prelatus in capitulo religiosorum potest precipere id de quo index secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum. Sed quandoq[ue] index secularis vel ecclesiasticus exigit iuramentum ab aliquo ut reuelat id quod scit de aliquo occulto. ut dicit quedam decretales de purgationibus. ergo prius ratione prelatus in capitulo potest religiosis precipere in virtute obedientie ut dicant ei si quid scilicet de aliquo criminis occulto

Quodlibet

Dicendū. q̄ peccātū duplicitē pōt esse occultū. Uno modo sup̄pli citer. ita sc̄z q̄ ad multorum notitiā nullo modo peruenit. et tale peccatū occultū noc̄z soli facienti. et ideo qui tale peccatum occultum fratris sc̄t solum hoc deb̄z intendere ut fratris peccantis salutem procuret. vnde in st̄ituū est a domino ordo correcti om̄is fraterne. vt primo quidez corripiat aliquis fratrem occulte peccatum inter se et ip̄m solum. postmodū adhibeat dños vel tres testes. et tūc tandem si non corrigatur dicat eccl̄ie. contra quem ordinem si prelatus precipiat ut peccatū fratris occultum ei dicatur non est obediēdū et ip̄se peccat precipiendo. quia oportet deo magis q̄ hominibus obediare. Si autem peccatum fratris non sit adeo occultū quin et per alias suspitiones in multitudinis notitiā veniat vnde multorum scandalū oritur iam peccatum non solum noc̄z illi sed multis. et quia bonum multitudinis preferunt bono unius. ideo prelatus deb̄z disquirere veritatē d̄ factō ut scandalū multitudinis cesset. vel per penam peccantis vel per eius excusationē. Et ideo in tali causa potest precipere scienti crimen fratris q̄ manifestet. et ille cui precipiē tenerur prelato obediare. Sic enim cū non sit omnino occultum crimen p̄tineret ad iudicium prelati. et in hoc casu loquitur decretalis. non autem in primo. vnde patet responso ad obiecta

Fratriculus .xiiij.
Secundum sic proceditur.
Videtur q̄ papa non possit dispensare in bigamie irregularitate. Non enim potest ab homine dispensari in his q̄ sunt diuinis

instituta. vt Hernar. dicit in li. de dispensatione et precepto. Sed doctrina apostoli in qua continetur q̄ bigamus non permoueat. vt patet. i. ad Th̄i. iij. et ad Iytū. i. est diuinus promulgata. secundum illud apl̄i. iij. ad Th̄i. vltimo. In experimentū q̄ ritis eius qui in me loquitur christ⁹ ergo papa non potest cuz bigamis dispensare. Sed contra est quod ī decretis dist. l. dicitur. De papa cuz quodam bigamo dispensavit. Re spōn. dicendū. q̄ papa hab̄z plenitudo potestatis in ecclesia ita sc̄z q̄ quecumq; sunt instituta per ecciam vel eccl̄ie prelatos sunt dispensabilia a papa. hec enim sunt que dicuntur esse iuris humani vel iuris positivis. Circa ea vero que sunt iuris diuinī vel iuris naturalis dispensare nō potest. quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Ius autē diuinū est quod pertinet ad legē nouaz. vel veterem. Sed hec est differentia in legem vtranq;. quia lex veteris determinabat multa taz in preceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultūz dei q̄ etiā in preceptis iudicialibus pertinentibus ad iusticiam inter homines conservandam. Sed lex noua que est lex libertatis huiusmodi determinationes non hab̄z. sed est contenta preceptis moralibus naturalis legis et articulis fidei. et sacramentis gratiae. vnde et dicitur lex fidei et lex gratie proper determinationem articulorum fidei et efficaciam sacramentorum. Cetera vero que pertinent ad determinationem humano rum iudiciorum vel determinationem diuinī cultus libere permisit christ⁹ qui est noue legis lator plaz. ecce et p̄ncipib⁹ xp̄iani p̄p̄lī determināda. vñ oēs huius dēminatōes p̄tinēt ad ius humanū in quo papa p̄t

Mō. 2. bigamis



Quartum.

dispensare. **I**n solis vero his que sunt de lege nature et in articulis fidei et sacramentis nomine legis dispē sare non potest. Hoc enim non esset posse pro veritate. sed contra veritatem. Manifestum est autē q̄ bigamū non promoueri neq; est de lege natu re neq; pertinet ad articulos fidei neq; est de necessitate sacramenti. qd p̄ ex hoc q̄ si bigamus ordinetur. reci pit ordinis sacramentum. sed hoc p̄ tinet ad quandam determinationem diuinī cultus. Unde circa hoc potest papa dispensare. licet dispensare non debeat nisi ex magna et evidenti cā. sicut etiā posset dispensare circa hoc q̄ aliquis sacerdos non induitus ve stibus sacris consecraret corpus xp̄i. Et eadem ratio est de omnibus alijs huiusmodi. que ex institutione huma na processerunt. **A**d primum ergo dicēdum q̄ apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit. qdāz quidem sicut promulgans ius diuinū. sicut illud quod habet ad Gal. v. Si circuncidim̄ xp̄s vobis nihil p̄derit. et multa alia hmōi. et in hoc papa non potest dispensare. quedāz vero sicut propria auctoritate aliq; statuens. Nam ipse dicit. i. ad Cori. xi. Cetera cum venero disponam. et infra. xvij. mandauit vt collecte que fiunt in sanctos per unam sabbati si ant. quod non pertinet ad ius diuinū. Et similiter etiā quod dicitur de bigamo non promouendo nō est iuris diuinī. sed institutio auctoritatis humanae diuinitatis homini concessa.

Articulus. xiiij.

Hib tertium sic proceditur. Vi detur q̄ non debeant vitari illi excommunicati. circa q̄m excommunicationem sapientes contraria opinant. Quia s̄m iura ep̄us non potest auferre beneficium. quod

clericō concessit sine culpa. Sed nō minus debetur communio fidelium cuilibet fideli. q̄ beneficium clericō si bi ab episcopo collatum. ergo nec cō munio fidelium est alicui subtrahenda sine culpa. Sed quando dubitat an causa subsit. promptior debet esse animus boni viri ad interpretandū in mitiore partem. ergo ex quo dubitatur de excommunicatione aliquip̄ magis debet aliquis per hoc stare q̄ non sunt excommunicati. Et ita nō debet eos vitare. Sed contra est q̄ si aliquis percussus in bello moriat. si ignoretur quis eum percussit p̄pter dubium quilibet qui in bello interfuit irregularis habetur s̄m iura ergo a simili videtur q̄ ex quo dubium est de aliquibus an sint excommunicati. q̄ propter maiorem cautelam sunt vitandi. **R**esponsio dicendū q̄ dubitatio de excommunicatione aliquorum aut p̄cedit sententiam iudicium aut sequitur. Si precedit. puta cum nondum est declaratum p̄ indicum plenū aliquos esse excommunicatos non sunt vitandi. quousq; certo iudicio terminetur. In hoc enim casu verum est q̄ in mitiore parte in interpretari debemus. Unde et deuterio. xxvij. dicitur. Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspereris et iudicium intra portas tuas videris verba variari. venies ad sacerdotes et ad iudicem. queresq; ab eis. et facies quodcuq; dixerit. Sed si ambiguum oriatur post concordem iudicium determinationem. magis standum est sententie iudicuz dupli ratōne. Primo quidem quia indices solicii^z discutentes negotiū plenius possunt percipere veritatem etiamsi sint minus periti q̄ alij qui p̄ functione consistunt et extraordina rie. **S**ecundo quia hoc esset in ma

b j

Quodlibet

gnim documentum utilitatis cōmu
nis status hominum. si sententie non
staretur ied quilibet pro suo libito
vellet sententie calumniaz ingerē. qz
sic litigia esset interminabilia. et ideo
in tali casu magis est standum senten
tie iudicium nisi forte sit per appellati
onem suspensa. Et per hoc patet r̄s
sio ad obiecta.

Articulus xv.

Ho quartū sic proceditur. Si
detur q̄ prelatus ecclesie nō
possit ecclesie curam commit
tere ino consanguineo q̄uis idoneo
postposito meliori. Pater enim sue
filie querit sponsum q̄ magis potest
idoneum et sponsus sue spōle querit
fidelissimum custodem pro posse. Et
maior prelatus ad ecclesiam sibi sub
iectam cōparatur vel sicut pater ad
filiam. vel sicut sponsus ad sponsam.
ergo debet ei de persona idonea pro
videre quantum melius potest. Pre
terea Johannes euāgelista maxime
fuit idoneus. et tamen quia consan
guineus xp̄i erat fm carnez preculit
ei Petrum in regimine ecclesie. ergo
etiam prelatus si habeat consangui
neum eq̄ idoneum non debet ei pni
dere in ecclesia magis q̄ alij eq̄ ido
neo. Multo ergo minus si sit minus
idoneus. Sed contra est q̄ fm or
dinem rectum charitatis homo pl̄
debet diligere sibi magis coniūctos.
Sed his quos magis ex charitate
diligimus. etiam magis debeimus p
videre. vnde eorum meritum crescat.
Cum ergo ex bona dispensatione ec
clesie crescat meritū bene administrā
tis. videtur q̄ prelatus magis debe
at suis q̄s extraneis prouidere etiam
si sint minus idonei. Responsio di
cendum q̄ aliter est dicendum de cō
sanguineo prelati eque idoneo. et ali
ter de minus idoneo. Si enim sit eq̄

idoneus potest prelatus suum cōsā
guineū preferre nisi forte ex hoc scau
dalum oriatur. vel aliqui exinde ma
lum exemplum accipiant. vt pbabili
ter presumi possit q̄ alij prelati hoc
exemplo inducantur ad dandū suis
consanguineis etiam minus dignis
et hoc ideo. quia ex quo nihil depit
utilitati ecclesie. cum eque idoneo p
uidetur. licet circa hmōi prouisionē
etiam amori naturali satissfacere. qui
non est contrarius charitati. sed ma
gis charitate informatur. Et hoc si
gnificatur. Bene. xlviij. Ibi pharao
dixit ad Joseph de fratrib⁹ suis. Si
nosti in eis viros industrios. p̄stitue
eos magistros pecorum meorū. Si
vero sit minus idoneus consanguine
us prelati. non debet eum preficere
ad curam ecclesie postposito meliori
duplici ratione. Primo quidē hoc
videtur esse contra fidelitatem quaz
in bono dispensatore domin⁹ requi
rit. Non enim faceret fideliter nego
cium alicuius domini qui posset rez
 eius meliorare. si hoc pretermitteret
ut suis consanguineis satissaceret.
Secundo quia hoc videtur esse con
tra fidelitatem quam in bono dispē
satore ad personarum acceptiōnem
pertinet. que consistit in hoc q̄ aliqs
accipit pro causa conditionem per
sonae. que non facit ad negotium. si
si aliquis daret sententiam pro aliq
quia dives est. et non quia iusticiam
habet. que est conditio faciens ad ne
gocium. Este autem consanguineuz
non est aliqua conditio pertinēs ad
curam ecclesie. que non obtinetur iu
re sanguinis sed divino munere. Ess⁹
autem conditio faciens ad negotiuz
circa dispensationem patrimonialū
bonorum. Vnde si episcopus de pa
trimonialibus bonis mag. p̄udeat
suo consanguineo minus idoneo. nq̄

Quartum.

est acceptio personarum. Sed si ratione consanguinitatis ei prouideat in patrimonio crucifixi, non caret vi-
tio personarum acceptiois, quam
augustinus dicit in ecclesiasticis gra-
dibus dispensandis exponens illud
quod habetur Jacobi.ij. Nolite in
personarum acceptione habere fidem
domini nostri Iesu christi. Hierony-
mus etiam dicit, et habetur octaua
questione prima. Extranus ex alia
tribu a Noyle eligitur, ut signaret
principatum in populos non sanguis
ni deferendum esse sed vite. at nunc
cernimus plurimos hanc rem benefi-
cio facere ut non querant eos in ec-
clesia columnas eligere. quos plus
cognoscant ecclesie procedere. Et quos
vel ipsi amant, vel quorum sunt ob-
sequijs delinitti.

DInde quesitum est de acti-
bus qui possunt ad omnes
homines pertinere. Et primo
de actibus pertinentibus ad vim in-
tellectuam. Secundo de actibus
pertinentibus ad vim appetituam.

Circa primum quælita sunt tria.
Primo utrum possit aliquis sine
peccato appetere scire scientias magi-
cas. Secundo utrum enuntiabile
quod semel est verum semper sit ve-
rum. Tertio utrum magister deter-
minando questiones theologicas ma-
gis debeat uti ratione vel autorita-
te.

Articulus. xvij.

Ad primum sic procedebatur. Ut
detur quod homo sine peccato
possit appetere scire scientias magi-
cas. Non enim est peccatum ap-
petere illud per quod ponitur intel-
lectus hominis in optimo. Sed per
quamlibet scientiam ponitur intelle-

cus hominis in optimo. quia verum
est bonum intellectus. ut dicitur in
.vj. Ethic. Scientia autem verorum
est ergo homo potest licite appetere
scire quamcunq; scientiam. et ita sine
peccato potest homo appetere scire
scientias magicas. Sed contra.
Prohibitio non est nisi de illicito.
Sed scientie magice sunt prohibite.
ergo illicitum est appetere eas scire.
Responsio dicendum quod actus hu-
manus potest dici bonus dupliciter
Uno modo ex genere. Alio modo
ex circumstantia. Ex genere quidem
dicitur esse actus bonus ex eo quod actus
cedit supra debitam materiam. debi-
ta autem materia appetitus est bonum
Vnde appetere quocunq; bonum est
bonum in genere. omnis autem sci-
entia sive quecunq; cognitio bonum
aliquid est. alioquin deus cui nihil
mali inest non haberet omnem scientiam
tam bonorum quam malorum. vñ
appetere quancunq; scientiaz vel no-
ticiam quarumcunq; rerum sive bo-
narum sive malarum est bonum in ge-
nere. Sed tamen secundum diversas circu-
stantias additas potest esse bonum
vel malum. et precipue hec diversifi-
cantur secundum intentionem finis. Nam
si aliquis appetat scire scientias magi-
cas. ut eius etiam utatur est malum.
Si autem appetat eas scire ut eas con-
futet. et reprobat. sic est bonum et licet
ut similiter etiam ex conditione
personæ potest hoc diversificari. vel
etiam ex modo appetendi. Si enim
sic aliquis appetat scire huius scienti-
as ut earum noticiam preferat alijs
utilioribus rebus. inordinatus est ap-
petitus. et similiter si fit talis persona
ad quam non pertineat hoc scire. ini-
ordinate hoc appetit. Ad primum
ergo dicendum quod omnis scientia po-

b ij

Quodlibet

nit intellectum in aliquo sui bono. quia omne verum est quoddam bonum intellectus. sed non omnis scientia ponit intellectum in sui optimo sed illa sola que est circa primam veritatem. nec etiam verum est q̄ magice artes sint scientie. sed potius sunt quedam fallacie demonum. Ad se cundum dicendum q̄ huiusmodi artes sunt prohibite. q̄tum ad suū vñ. Si vero prohibetur alicui etiam earum studium propter periculum vñendi. tunc esset malum quia prohibiuntur.

Articulus xvii.

Ad secundum sic proceditur. Cidetur q̄ non oportet enūciabile quod semel est verum semper futurum esse verum. Si enim hoc esset verum in alijs enūciabilib⁹ pari ratione hoc esset verum in enūciabilib⁹ de futuro. Et in istis hoc non est verum. quia ut dicit philosophus in secundo de generatione. Futurus quis incedere nō incedet. ergo non oportet enūciabile quod semel est verum semper esse futurum verū. Pretē si partes sunt eadem et totum est idem. Sed partes enūciabiles sunt predicatum et subjectum et compositio. ergo idem est enūciabile existente eadem predicato et subiecto et compositione. sed taliter existere eodem enūciabili contingit q̄ sit quandoq; verum et quandoq; falsum sicut hoc enūciabile sor. sedere ē verum eo sedente. et falsum eo non sedēre. sīm illud phi in predicamentis. Ex eo q̄ res est vel non est oratio est vera vel falsa. ergo enūciabile quod semel est verum. nō propter hoc semper est verum. Sed p̄tra Ista enūciabilia. Sortem currere et sortē cui currisse. et sortem fore cyrlym non

differunt nisi sīm diversam consignationem temporis. Sed diversa consignatio non tollit idētitatem nominis. Idem enim nomen dicitur esse per omnes casus et in singulari et in plurali numero. ergo etiam predicta tria enūciabilia sunt vñ enūciabile. Sed si vñnum horum semel sit verum semper oportet q̄ aliquid eorum sit verum quia si semel est verum q̄ sortes currat. prius erat verum q̄ sortes currat. et postea erit verum q̄ sortes cucurrit. ergo si enūciabile aliquod semel est verum semper erit verum.

Re. dicendum q̄ huius dubitatis vis in hoc consistit ut scitur ut sit idem enūciabile quod est de presenti preterito et futuro. Si em̄ hoc verum sit consequens erit q̄ enūciabile quod semel est verum semper erit verum. licet forte hoc dubitationem aliquam habere possit circa enūciabilia de futuro contingent. sed hoc est altioris inquisitionis. Si vero sunt diversa enūciabilia de presenti preterito et futuro. est autē idē enūciabile quod est de presenti qualiter cūq; res se habeat. manifestum est q̄ idem enūciabile qnq; est verum qnq; falsum sīm q̄ phus dicit in predictamentis. Q̄ eadem oratio et opinio quandoq; est vera qnq; falsa. Ad cuius evidentiaz sciendū est q̄ sīm phisophū in primo periarmenias tria quedam p̄ ordinem inueniunt. Nam voces sunt signa intellectum. intellectus anteū sūt reū similitudines. manifestum est autem q̄ unitas vocis significative vel diversitas nō dependet ex unitate vel diversitate rei significative. alioquin nō esset aliquid nomine equivoicū. Secundum hoc em̄ si sine diverse res essent diversa nomina et nō idē nomine. dependet ergo unitas

Quartum.

¶ Diversitas vocis significative sive complexe sive incomplexe ex unitate vel diversitate vocis vel intellectus quorum unum scilicet vox est signum et non signatum tamen intellectus autem signum et signatum sicut et res pot ergo nomen vel enunciabile esse alius et aliud vel propter diversitatem vocis tamen sicuti est in synonimis. in quibus est diversa vox sed idem significatum omnino. vel etiam cum diversitate vocis potest esse diversitas intellectum sive propter diversitates rei intellectae sive propter diversitatem modi intelligendi et hoc contingit quandocumque est diversitas consignificationis. que sequitur diversum modum intelligendi unam et eandem rem. et precipue hoc apparet in tempore quod per se commiscetur operatio intellectus humani componentis et dividentis. ut dicitur in libro de anima. Et ideo dicendum quod non est idem enunciabile sortem sedere et sortem sedisse. vel sessurum esse. sed sortem sedere est idem enunciabile. quia est essentia vox et idem modus significandi. et ideo patet quod idem enunciabile potest quandoque esse verum quandoque falso. unde duo prima concedimus. Ad tertium dicendum quod diversitas consignificationis tollit nominis identitatem in tantum quod obliqui sunt non nomina. sunt tamen unum nomen non simpliciter. sed inquit conveniunt in uno ordine declarantur.

Articulus. xvij.

Hoc tertium sic proceditur. Ut deus et magister determinans questiones theologicas magis debeat uti auctoritatibus quam rationibus. Quia in qualibet scientia questiones optime determinantur per prima principia illius scientie. Sed prima principia scientie theologice sunt articuli fidei. quod nobis per auctoritates innoverunt. ergo maxime questiones theologicae sunt determinande per auctoritates. Sed contra est quod dicitur ad Titum. i. ut sint potentes exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. Sed contradicentes melius revincuntur rationibus quam auctoritatibus. ergo magis optet determinare questiones per rationes quam per auctoritates. Responsio dicendum quod quilibet actus exequendus est secundum quod conuenit ad suum finem. disputatio autem ad duplum finem potest ordinari. Quedam enim disputatio ordinatur ad remouendum dubitationem an ita sit. et in tali disputacione theologica maxime intenditur auctoritatibus. quas recipiunt illi. cum quibus disputatur. puta si cum iudeis disputetur oportet indicere auctoritates veteris testamenti. Si cum manicheis. qui vetus testamentum respununt oportet uti solum auctoritatibus novi testamenti. Si autem cum scismaticis qui recipiunt regnum et novum testamentum. non aut doctrinam sanctorum nostrorum. sicut sunt greci. oportet cum eis disputare et auctoritatibus novi vel veteris testamenti et illorum doctorum quos ipsi recipiunt. Si autem nullam auctoritatem recipiunt. oportet ad eos conuincendos ad rationes materialles configere. Quedam vero disputatio est magistralis in scholis. non ad remouendum errorem sed ad instruendum auditores. ut inducantur ad intellectum veritatis. quem intendit. et tunc oportet rationibus inniti investigantibus veritatis radicem.

Quodlibet

et facientibus scire quomodo sit vero
quod dicitur. alioquin si nudis auctoritate
magister questionem determinet certificabitur quidem auctor
q̄ ita est. sed nihil scientie vel intellectus acquireret. sed vacuus abscedet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde quesitum est de rebus
pertinentibus ad vim appetituam. Et primo de bonis.
Secundo de malis. Circa pri
mum queruntur duo de martyrio.
Primo utrum aliquis absque perfe
cta charitate possit se ad martyrium
offerre. Secundo utrum sustinere
martyrium pro christo sit in precepto.

Articulus xix.

As primus sic proceditur. Ut
detur q̄ aliquis absque chari
tate perfecta possit se martyro
offerre. quia super illud ps. Ideo
dilexi inadata tua super aurum et
topason. dicit glo. Q̄ minima chas
ritas plus diligit dei legez q̄ millia
suri et argenti. et eadem ratione q̄
omnia temporalia. Sed id quod mi
nus diligimus exponimus magis p
eo quod magis diligimus. ergo et
omnia temporalia. et etiam proprias
vitam potest exponere pro christo
qui habet minimam charitatem. Ex
contra. Si autem aliquis absque cha
ritate perfecta potest se offerre mar
tyrio. ergo pari ratione poterit mar
tyrium sustinere absque charitate per
fecta. Sed hoc videtur esse falsum fm
illud. Io. tertio. Maiorem charitatem
nemo habet q̄ ut animam suam pos
nat quis pro amicis suis. ergo aliquis
absque charitate perfecta non potest
se ad martyrium offerre. Relatio

dicendum q̄ in operibus virtutum
duo sunt attendenda scilicet id quod
fit et modus faciendi. Contingit au
tem idem factum quod fit fm aliquā
perfectam virtutem fieri etiam non
solum ab habente parvam virtutem
sicut aliquis non habens iusticiam
potest facere aliquod opus iustum
Sed si attendamus ad modum faci
endi. ille qui non habet virtutem no
potest operari. sicut ille qui habet. nec
ille qui habet parvam sicut ille qui
habet magnam. qui operatur facilis
ter et prompte et delectabiliter. quod
non ita facit ille qui caret virtute. vt
qui parvam habet. Sic ergo dicen
duz est q̄ hoc opus quod est offerre
se martyrio vel etiam martyrium suf
ferre potest facere non solum chari
tas perfecta. sed etiam imperfecta
et quod plus est. etiam ille qui caret
charitate. fm illud apostoli. i. ad cori.
xiiij. Si tradidero corpus meum. ita
ut ardeam. charitatem autem no
beam ic. Sed charitas perfecta hoc
facit prompte et delectabiliter. sicut
patet de Laurentio et Vincentio. q̄
in tormentis hilaritatem ostenderet
hoc autem non potest facere charitas
imperfecta. vel etiam ille qui charita
te caret. Et per hoc patet respon
sio ad obiecta.

Articulus xx.

Asecundum sic proceditur. Ut
detur q̄ pati martyrium
propter christum non sit in
in precepto. Minus enim videtur q̄
homo det sua q̄ q̄ proprium corp
ponat. ut dicit Gregorius in illa ome
lia. Ego sum pastor bonus. Sed di
mittere omnia sua propter christum
non cadit sub precepto sed sub consi
lio. ergo etiam exponere corpus suū

Quartum.

Martyrio non cedit sub precepto
Bed contra est quod Augustin⁹ dicit. xiiij. de ciuitate dei. Cum dictū est homini. **A**dorieris si peccaueris. nunc dicitur martyri. morere ne pecces. **B**ed illud quod oportet nos facere ne peccemus cedit sub precepto ergo mors martyrum cedit sub precepto. **R**esponsio dicendum q̄ aliquid cedit sub precepto dupliciter. **E**nī modo absolute. **E**nī modo fī animi preparationem quia enim preceptum importat rationem debiti. illic absolute cedit sub p̄cepto. quod est debitum propter aliquod preceptū sicut preceptum de honoratōe parentum. vel de amando deum. **B**z quandoq; cōtingit q̄ id quod facit aliquid esse debitum. nōdum precessit. sed potest occurrere. **U**nde hoc cādit sub precepto non absolute. **I**llic fī preparationem animi ita scilicet ut hō habeat animum paratum ad faciendum illud. quod debitū redditur ex aliqua causa occurrente. et hoc mō exponit augustinus illa domini precepta que ponuntur. **N**athei. v. **S**i quis percusserit te in una maxilla. p̄ibe ei et aliam. quia scilicet si opus esset. et hoc exigeret salus aliorum. homo debet esse paratus ad hoc faciendū. et per hanc modum sustinere martyrium propter christum. cedit sub precepto. quia scilicet homo debet habē animum paratum ut prius permittere se occidi. q̄ xp̄m negaret vel mortaliter peccaret. et sic etiam relinquerē bona propria cedit sub precepto. q̄ debet esse paratus animus xp̄iani magis sustinere rapinam bonorum suorum q̄ xp̄m negare vel mortaliter p̄care. et p̄ hoc patet r̄sisio ad obiecta. **E**inde quesitus est de actibus malis scilicet de primis moti

bus. **C**irca quos quesita sunt duo.
Primo utrum primi motus semper sint peccata. **S**ecundo utrum in fidelibus sint peccata mortalia.

Articulus. xxj.

Hū primum sic procedebatur. **V**idetur q̄ primus motus semper sit peccatum. **A**lcit magister. xxi. di. secundi libri sententiarū. **D**e tentatio a carne non potest esse sine peccato. **B**ed quandocunq; est primus motus est tentatio a carne. ergo primus motus non potest esse sine peccato. **B**ed contra est quod ad romanos. vi. sup illud. **N**ō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. dicit glosa. **M**on prohibet concupiscentiam que vitari non potest. **B**ed illud qđ non potest vitari nō est peccatum. ergo concupiscentia q̄ est primus motus non est peccatum. **R**esponsio dicendum q̄ mot⁹ importat inclinationem quandā ad terminum. que quidem inclinatō pertinet ad appetitum in humanis actib⁹. **S**ed autem in homine triplex appetitus. unus quidez naturalis. fī q̄ vis appetitiva pertinet ad animalē vegetabilem. sicut et vis digestiva et expulsiva et retentiva. **S**ecundus appetitus est sensualitatis. qui mouetur fī apprehensionem sensus. **T**ertius appetitus est voluntatis. qui mouetur fī iudicium rationis. **P**eccatum autem quod habet rationē culpe de q̄ nunc loquimur. non potest esse nisi in actu voluntario. qui scilicet est aliqualiter in potestate peccantis. actus autem appetitus naturalis non subiacet imperio rationis. sicut nec actus alias potentiarum vegetabilis anime. et ideo in actu talis appetitus non potest consistere culpa. sicut q̄ hō esurisat vel sitiatis absq; culpa est. et idēz dī b. līj:

Quodlibet

cendum est in aliis huiusmodi. Sed actus appetitus sensitivus subiacet imperio rationis. quia ratio preveniens ipsum potest cum imperare vel etiam impedire. et ideo talis motus potest iam habere rationem culpe. et si sequitur iudicium rationis poterit etiam esse peccatum mortale. sicut et motus exteriorum membrorum imperatur a ratione. Si autem preveniat iudicium rationis est quidem peccatum. si tendat in aliquid illicitum. quia in potestate hominis fuit ipsum cohibere. est tamen veniale peccatum et levissimum. ut patet per augustinum duos decimos de trinitate. Et hoc dicitur primus motus peccati. motus antez superioris appetitus id est voluntatis. consequens iudicium rationis iam potest esse peccatum mortale. Primum ergo concedimus. Ad secundum dicendum quod concupiscentia non potest vitari sic quod nullus concupiscentie motus surgat. quia dum resistit unus insurgit alius. possunt tamen vitari singuli. et ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati. licet non habeat rationem perfecti peccati. quod est peccatum mortale.

Articulus. xiiij.

Hec secundum sic proceditur. Videlicet quod primi motus in infidelibus sunt peccata mortalia. Quia sicut Ansel. dicit in libro de gratia et libero arbitrio. eos qui non sunt in christo iesu sequitur damnatio sentient concupiscentiam. etiam si non consentiant. Sed sentire concupiscentiam est habere primum concupiscentie motum. ergo infideles qui non sunt in christo iesu peccant mortaliter secundum primos motus. quia damnatio non de-

betur nisi peccato mortali. Preterea quilibet homo debet habere originalem iniuriam secundum quam concupiscentia reprimatur. sed contra hoc debitum est quilibet concupiscentie motus. ergo quilibet concupiscentie motus est peccatum mortale. Unde enim quod est contra debitum habet peccati mortalis rationem. **B**ea contra. quanto est gradus altior. tanto est casus gravior. Sed altior est gradus fidelis quam infidelis. Cum ergo primi motus fidelium non sint peccata mortalia. multo minus primi motus infidelium. **R**esponsio dicendum quod primus motus sicut dictum est. est motus sensualitatis preveniens deliberationem rationis. eadem autem natura sensualitatis est et rationis in fidibus et in infidelibus. Ad naturam autem sensualitatis et rationis pertinet quod motus sensualitas. quod est absque deliberatione rationis non possit esse peccatum mortale. quis peccatum mortale est quod consistit in aversione a deo. ad quem converti non potest homo nisi per rationem. et per consequens conuersio a deo que constituit peccatum mortale non potest esse nisi in ratione. ut patet per Augustinum. xiiij. de trinitate et ideo dicendum est quod primi motus infidelium non sunt peccata mortalia sed venialia. **A**d primum ergo dicendum quod dictum Ansel. dependet ex verbo apostoli qui concludingit ad ro. viii. quod nihil est damnationis his qui sunt in christo Iesu. qui non secundum carnem ambulant. Videlicet ergo quod his qui non sunt in christo Iesu sit aliquid damnationis. etiam si non secundum carnem ambulent motibus carnis consentientes. alioquin nihil plus haberent hi qui sunt in qui sunt in christo Iesu quam aliis. Est ergo aliquid damnationis.

Quartum.

Molis his qui non sunt in xp̄o Iesu si sentiant motus carnis. quis nō cōsentit. quod quidem qualiter sit intelligendum ex processu apostoli ap̄paret. premiserat enim reparatiōnem gratie inchoatam esse in his qui sunt in xp̄o Iesu q̄tum ad mentem. licet non q̄tum ad carnē. Premiserat em̄ Ego ipse mente quidem seruio legi dei. carne autēz legi peccati sc̄z p̄pter legem fomitis. qui adhuc manet in corporis mēbris. Ne ergo hi q̄ sunt in xp̄o Iesu viderent adhuc pristine damnationi subiacere. p̄pter fomitis motus. concludit apostolus q̄ nihil est damnationis his qui sunt in xp̄o Iesu. si non s̄ in carnem ambulant. q̄r damnatio originalis peccati soluta est per gratiam xp̄i. quis actu r̄ma. neat fomes peccati. damnationē vō actualis peccati nō incurunt. q̄r nō ambulant s̄m carnem. In infidelib⁹ vero manet peccatum originale nō solum actu sed etiam reatu. et ideo ē in eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati. non autem ex pte actualis. si p̄cupiscentijs non plentiē Er hoc ergo non sequitur q̄ in infidelibus primus mot⁹ inducat dānam peccati mortalis. sed sequit⁹ q̄ habeat annexam damnationem originalis peccati. Ad secundū dicendum q̄ debitum originalis iusticie pertinet ad ipsam personam infidelis ratione humane nature. quam a primo p̄nte traxit. cui collata est originalis iusticia. et ideo id quod pertinet ad defectus originalis iusticie pertinet ad peccatum nature sc̄z ad peccatum originale nō antem ad peccatum actuāle quale est peccatum mortale.

Articul⁹ xxiiij.

Questio est vtrum pueri nō exercitati in preceptis sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento. v̄l be neficijs alliciendi ad ingressum religiōnis. Et videtur q̄ non. Perfectio enim consiliorum ad quam ordinantur religiones a christo exordiū sumi p̄ht. Sed christus primo consilium perfectionis dedit adolescenti. qui p̄cepta scrūauerat. vt patet ab athei. decimonono. ergo soli illi qui sunt exercitati in preceptis sunt ad religionem obligandi. Preterea Gregorius dicit super Ezech. Memo repente fit summus. Sed in bona conversatione a minimis quis inchoat ut ad magna perueniat. Sed magna sunt consilia que pertinent ad perfectionem vite. minora autem sunt precepta que pertinent ad omnem iusticiam. ergo prius debent pueri exercitari in preceptis. q̄ ad consilia inducantur. Preterea Exodi vicesimo primo dicitur Si quis aperit cisternam decideritq̄ bos vel asinus in ea dominus cisterne reddet p̄cium iumentorum. Sed ille qui aliquem puerum nondum in preceptis exercitatum ad religionem inducit. quodam modo aperit ei cisternam. quia pleriq̄ tales religionē ingredientes egrediuntur et in desperationem incidunt quasi in quandz spiritualem cisternam. ergo viderur q̄ ille qui eum inducit. hoc ei imputetur ad peccatum. Preterea illud quod est expediēs communī vtilitati non est tollenduz. Sed expedit coimmuni vtilitati q̄ homines propria libertate vtantur ad bonum faciendum. ergo non est aliquib⁹ auferēda talis libertas p̄ obligacionē vōl v̄l iuramenti. Preterea

Quodlibet

bear? **H**uncidem monachorum institutorum almighty in sua regula statuit. quod venientibus ad religionem non sit facilis penetrare ingressus. **I**psa autem sit an ipsa a deo sit. ergo multo minus sunt alii qui muneribus vel beneficiis allieviati. **P**reterea Gregorius dicit. et habetur in decretis dist. xlviij. **S**cimus quod edificari parietes non prius signorum pondus accipiunt. nisi novitatis. sive humore siccantur. ne si ante portam quod soliaentur accipient cunctam similitudinem ad terram fabricam deponant. **B**ed pueri qui nondum sunt exercitati in preceptis sunt quasi parietes nondum desiccati. ergo non sunt eis imponenda signa. id est gratia religionis institutione. **P**reterea status religionis est status penitentie. **B**ed pueri excipiuntur ab omni penitentie coercitione ut habetur in decretis de penitentia di. quarta. ergo non sunt ad religionem inducendi. **P**reterea sicut dicitur viceima questione tertia. **Q**uod quis non optat nec elegit. profecto non diligat. quod autem non diligit facile contemnit. **B**ed pueri antequam sint exercitati non habent firmam electionem. **F**acile ergo religionem contemnit si in tali etate ad religionem inducatur. **P**reterea proverbiorum. xliij. dicuntur **S**ubstantia festinata minuetur sed videtur esse nimis festinaria quod aliquis ad consilia conuoleat nondum in preceptis exercitatus. ergo videatur quod horum spiritualis substantia defacili minuatur. ergo non sunt ad religionem inducendi. **P**reterea non minor cura est adhibenda in ingressu religionis quam in susceptione ordinis. **B**ed in ordinibus prohibentur ad maiores accedere qui minores non acceperunt. ergo etiam nec debet aliquis ad obseruantiam consiliorum

in religione transire. nisi prius preceptis obseruat. **P**reterea duo sunt homini necessaria. scilicet intelligere verum et operari bonum. sed intelligentia verum stultus reputaretur quod prius ad difficiliora se transferret. quod leviora intelligeret. ergo stultum est in comparatione boni quod aliquis post transeat ad consilia quae in preceptis exercitetur. **P**reterea cuiuslibet in religione existenti conuenit curam agere aliorum vel saltem sui ipsius. sed in his qui eliguntur ad aliquam curam ecclesiastica oportet eligere meliores. ergo oportet eos qui ad religionem assumuntur eligere meliores hi autem sunt qui sunt exercitati in preceptis. ergo tales sunt ad religionem inducendi. **P**reterea illud quod est in se bonum. si ex eo sumatur peccatio occasio. est abiiciendum sicut serpens eneus quem Moses fecerat et mandato domini ad sanandum filios Israhel. ut habetur. **N**umeri. xxiij. **Z**echarias combussit. quia ex eo sumebatur idolatrie occasio. similiter etiam quando benedictio sit secundum se bona. tamen reprehenditur si minor presente maiore benedicit. **C**um ergo aliquis inexercitati in preceptis sumat occasionem peccati et ingressu religionis ab ea recedentes. quamvis religio sit secundum se bona. tamen videtur quod inexercitatos ad religionem inducere sit vitandum. **P**reterea Gregorius dicit et habetur in decretis distinctione quadraginta octaua. **C**alum appetit quod ad summum locum fastigia postpositum. gradibus per abrupta querit ascensum. sed procedere ad consilia. non observantis precepti. est postponere gradum. ergo videtur quod hoc sit calum querere. et ita ad hoc non sunt aliqui inducendi. **P**reterea Nam dicit in

Quartum.

secundo libro **Q** uoniam non est inutile inex-
pertum existentem et improbatum
incorruptione frui . ut non in super-
biam incidat et iudicium diaboli . er-
go pari ratione non est inutile impro-
batos et inexperitos in preceptis ad
statum contemplationis assumi ad
quem religio ordinatur **P**reterea
Gregorius dicit in sexto moralium .
Post hunc amplexus ad Rachelem
Jacob peruenit quia perfectus quis
in ante active vite ad secunditatem
iungitur . et post contemplative ad
requiem copulatur **S**ed activa vita
consistit in obseruantia preceptorum .
status autem religionis pertinet ad
vitam contemplativam . ergo non sunt
aliqui ad religionem inducendi ante
quam sint in preceptis exercitati . **P**re-
terea nulla promissio est facienda cu-
sus solutio non est licita . **S**ed solu-
nem alicui pro ingressu religiosis
non est licitum . unde dicitur prima
questione secunda . **N**unquam legimus
deum discipulos vel eorum ministe-
rio conuersos quempiam ad dei cul-
tum aliquo muneris interventu pro-
nocasse . ergo non sunt aliqui promis-
sionibus ad religionem allisciendi .

Preterea nullus qui non est exer-
citatus in armis sive leges est admis-
tendus ad militem corporalem **S**ed
religio est status militie spiritualis
ergo non sunt aliqui recipiendi ad
religionem nisi prius exercitati in
preceptis quasi in quibusdam spirituali-
bus armis . **P**reterea qui non po-
test se obligare ad minus non potest
se obligare ad maius . nisi sit necessa-
rium . **S**ed puer ante decimumqua-
rum annum non potest se obligare
ad matrimonium quod minus est .
ergo multo minus ad religionem .
Preterea legitur **A**rci quinto

q uoniam dominus demonicum curatum non
permisit secum intrare navim . que si-
gnificat crucem et religionem . per de-
moniacum autem curatum signantur
homines a peccatis conuersi . ergo
non sunt ad religionem accipiendi
peccatores statim conuersi . antequam in
preceptis exercitentur . **P**reterea
bonorum operum fructus habere des-
ideramus . quando de egypto exiunus .
ut dicit quedam glosa **E**rodi duode-
cimo . **S**ed exire de egypto est exire
de mundo religionem intrando . ergo
illi qui volunt religionem intrare de-
bent primitus fructum bonorum opum
habere per obseruantiam preceptorum .
Preterea **A**ugustinus dicit in li.
de sermone domini in monte **Q** uoniam
presumptio est coercenda **S**ed ma-
gna presumptio videtur esse quam alii
quis velit ascendere ad arcam consi-
liorum nondum obseruatim precepti .
ergo tales sunt coercendi et non alli-
ciandi ad religionis ingressum . **P**re-
terea **A**ugustinus dicit in eodem li.
Q uoniam maiora maioribus et minorata mi-
noribus sunt exhibenda . **S**ed consi-
lia sunt maiora ergo non sunt pue-
ris inexercitatis exhibenda . et ita pu-
ri nondum exercitati in preceptis non
sunt ad religionem trahendi . **S**ed
contra est quod dicitur . xx . questio
secunda . **S**i in qualibet et infra . pa-
rentibus sane filios suos religionem
tradere non amplius quam ultra quartum
decimum etatis sive annum licentia
esse poterit . postea vero aut cum vo-
luntate parentum eorum . aut si sue
devotionis sit solitarium votum .
erit filius licitum religionis assumere
cultum . **S**ed post quartumdecimum
annum non statim sunt homines in
preceptis exercitati . ergo pueri religio-
ne ingredi pueri antequam sunt in precep-

Quodlibet

ptis exercitati. **P**reterea maius est q̄ aliquis assumatur ad regimen sui et aliorum. q̄ recipiatur in religione in qua sub regimine alteri vivit. **S**ed Salomō adhuc puer extens assumptus est ad regnum sui et aliorum. **U**nde dicitur. i. Paral. xxix. **L**ocutus est David rex ad omnem ecclesiam. Salomonem filium meū elegit de adhuc puerum et tenellum ergo multo magis possunt pueri nō exercitati in preceptis ad religionem recipi vel induci. **P**reterea illud votum non est illicitum. ex quo non redduntur aliqui rei si soluant. **S**ed sicut dicit Ambrosi. Ille que in pueris annis continentiam vovet non constituuntur reeni votum exoluunt. ergo q̄ aliqui voto astringant ad religionem in puerilibus annis nō est illicitum. **P**reterea nihil est illicitum per quod aliquis a bono non retrahitur. **S**ed qui provocatur ad meliora non retrahitur a bono. ergo cuius status religionis sit melior. In q̄ obseruantur consilia. q̄ status vite secularis in quo simpliciter obseruantur precepta. videtur q̄ non sit illicitum inducere pueros ad religionem voto vel iuramento. aut etiam beneficis anteq̄ sint in preceptis exercitati. **P**reterea vicesima questione prima dicitur. Firma tunc erit virginitatis professio. ex quo adulta iam etas esse ceperit. et que solet apta huius deputari. sed non statim in hac etate viri vel mulieres sunt in preceptis exercitati. ergo anteq̄ aliqui in preceptis exercitentur. licite possunt religioni astringi et voto vel iuramento. **P**reterea si talis obligatio esset illicita. scilicet qua pueri non exercitati in preceptis voto vel iuramento ad religionem obligantur. aut hoc

esset quia est fin se mala. aut quia est prohibita. sed non est fin se mala. q̄ sic executio sine adiunctio promissionis esset peior et perseverantia pessima. **C**uius contrarium videmus. q̄ adimplentes ea que promiserant in puerilibus annis. et in his promissis perseverantes maxime commendantur. **S**imiliter etiam non est illicita talis obligatio quia prohibita. **N**ō enim prohibetur lege veteri. **D**icitur enim Numeri trigesimo. **A**bulier si quispiam voverit et se constringerit iuramento que in domo patris sui et in etate adhuc puellaris si cognoverit pater votum quod pollicita est. et iuramentum quo obligavit animam suam et tacuerit. voti rea erit. quicquid pollicita est et iuravit ope re complebit. sicut ut audierit contradixerit pater et vota et iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni eo q̄ contradixerit pater. **S**imiliter etiam non est prohibitum iure canonico. quia in decreto Leonis pape hec eadem auctoritas inducitur. **S**imiliter etiam nō est prohibitum lege euangelij. que maxime inducit homines a recendo a mundo. et ad sequendum perfectio nis opera. ergo licitum est obligare voto vel iuramento pueros nondum exercitatos in preceptis ad religionem. **R**esponsio dicendum q̄ hoc quod pro questione hic inducitur dubitationem non habet. nisi q̄ quidam contentione studentes veritatem obnubillare conantur. **U**nde hic locum habent verba que Augustinus dicit in secundo de civitate dei. Quoniam ille est maior et deterior insipientium moribus animarum. quo instabiles motus suos etiam p̄ rōem plene redditam. sive nimis cecitate. qua

Quartum.

nec aperta certantur. sive obstinatis suma pycacia. qua et ea que certantur non fuerunt tanq; ipsam ratione veritatemq; defendunt. fit necessitas copiosius dicendi plerumq; res clasas velut eas non solum spectanti bus intuendas. sed quodammodo tangendo palpantibus offeramus. et tamen quis disceptandi finis erit si respondendum esse respondentibus existimemus. Nam qui vel non possunt intelligere qd dicitur vel ta duri sunt aduersitate mentis. vt etiam si intelle xerint non obediant. respondent et loquuntur iniquitatem atq; infatigabiliter vani sunt quorum dicta contraria si toties velim? refellere qties obnixa fronte statuerint non cogitate quid dicant. dum quoq; modo nostris disputationibus contradicat q; sit infinitum et erunosum et infructuosum vides. Erit ergo hic modus servandus ut veritas manifeste et q; palpabiliter ostendatur. et si qua in contrarium dicta fuerint. que aliud pondus non habeant contemnatur. ne semper oporteat inutiliter eadem replicare. Sed si quis contrariuz diceret voluerit scribat qd dicit. vt alij intelligentes dijudicare possint an docet veritatem. Primo ergo circa propositam questionem ut singula discutiamus considerandum est q; pueros etiaz infra annos pubertatis in religionem recipi no est fm se malu. imo est expediens et fructuosum. q; illud quod a pueritia assuescim? semper perfectius et firmius tenem? fm illud prouer. xxij. Adolescens iuxta viam suam graditur. et etiam cum se nuerit non recedet ab ea. et ideo apostoli instituerunt ut pueri etiam infantes ad christianam religionem recipi perentur. vt in ea nutriti firmius et

perfecti ei inhererent. Et hoc est qd Dio dicit in ultimo. ca. eccl. hierar. Secundum legem sanctam confirmati infantes ad habitum sanctum habebunt consuetudinem ab omni re moti errore et immunde vite expertes hoc divinis nostris ducibus. i. apostolis ad mentem venit. vt visus est suscipere infantes. Multo autem magis excedit vita christiana infidelium vitam. q; vita religiosorum vitam secularium. presertim cum in primis ecclesia omnium christiano rum erat perfectissimus religionis status fm illud. Actu quarto. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat sed erant illis omnia communia. ad cuius vite exemplar omnes religiones sunt institute. Et ideo religionum institutores ex eadem causa qua apostoli moti sunt ad recipiendum infantes in religione. vt patr de beato Benedicto qui vt in secundo dyalogorum legitur. recepit nuntiendum in religione maurum duo dennem et Placidum septenem. Est tamen quedam differentia circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum propter hoc q; patiuntur discretionis defectum. Secundum quem possint bene regere se ipsos. et ideo in hac etate possunt quidem religioni tradi. si a parentibus offerantur. et erit rata traditio. precipue si cum ad annos pubertatis peruenient. ratam habuerint paternam oblationem. unde Gregorius dicit et habetur vicefima questione prima addidisti. Si pater vel mater filium filia ve intra septa monasterij in infante annis s regulari ediderit disciplis

Quodlibet

Vtrum liceat eis postq̄ pubertatis i
pleuerint annos egredi et m̄rimonio
copulari. hoc oīo deuitam? quia ne
phas est. vt oblati a parentib⁹ deo
filii voluntatis frena relaxētur. Si
autem in hac etate propria sponte se
religioni tradiderint potest hoc per
assensum vel dissimulationem paren
tum ratum esse. Unde dicitur. xx. q̄sti
one. ii. Si in qualibet minori etate.
vel religionis tonsuraz. vel religioni
vestem debitam in vitroq; servu filii
aut unus aut ambo parentes dede
rint. aut forte vel nolentibus vel ne
scientibus scilicet parentibus a se su
sceptam. non mox visam in filiis ab
dicauerit. sed vel coram se vel episco
po palamq; in conuentu eodem fili
os talia habere permiserint ad secu
larem reuerti habitum filii ipsiſ qn
q; penitus non licebit. Si vero pue
ri annos pubertatis transcenderint.
possunt etiam iuitis parentibus ad
religionem transire. nec sunt repellē
di imo magis aduocandi. Ut enim
Gregorius dicit in quadam omelia
Ad vitam bonam alius in pueritia.
alius in adolescentia. alius in iuuen
tute. alius in senectute. alius in decre
pita etate perducitur. Et cum in nul
la etate sint repellendi. minus tamen
sunt repellendi in pueritia. Dicit em
Christo super Matheum. Quis me
retur appropinquare christo si repel
lereatur ab eo simplex infantia. Nam
si sancti futuri sunt. quid vetatis fili
os ad patrem venire. Si autem pec
catores futuri sunt. vt quid sententia
condemnatōnis profertis anteq; cul
pam videatis. quaz quidem damnati
sonis sententiam proferunt aliqui.
cum dicunt. non sunt recipiendi pue
ri ad religionem. quia eribit et pue
res efficiuntur. Sed quid addūt qui

dam q; oportet pueros prius exerci
tari in preceptis. et postea trāsire ad
consilia obseruanda in religione. ex
falso intellectu procedit Arbitrātur
enim q; precepta preparant viam ad
consilia Non est autem sic. immo poti
us consilia parant vias ad precepta
seruanda quia per consilia remouen
tur homo a rebus seculi circa quas
occupatus difficile est q; innocentia
seruet. Unde Hil. dicit super Math.
Grave onus innocentia subit incre
mentis opum occupata. rem enim
solus famulatus dei non sine seculi
vitius assequatur. Et ideo dominus
dicit Mathei. xix. Qd difficile qui pe
cunias habent intrant in regnum ce
lorum. quia difficile est q; homo pre
cepta seruet. quibus intrae in regnum
nisi sequens consilia duitias relinqt
et ideo pueri ad hoc q; innocentiam
seruare possint in obleruantia man
datorum sunt preparandi. et quodā
modo premuniendi in exercitio con
silioꝝ. nec sunt repellendi. quāvis
inerudit̄ videantur in preceptis. Bi
cit enim. Orig. super Mat. Quidam
puerilem sermonem habētes offerūt
saluatori pueros et infantes. Qui au
tem videntur perfectiores. priusq; di
scant rationem iustitie reprehendunt
eos. qui pueros infantes adhuc mi
nus eruditos offerūt christo. Domi
nus ante hortatur discipulos suos
condescendere utilitatib⁹ pueror⁹.
Hoc ergo debemus attēdere ne esti
matione sapientie excellentioris con
temnam⁹ q̄si magni pusillos ecclesie
phibentes pueros venire ad Jesum.
Sed quod v̄terius queritur an an
religionis ingressum sint voto vel in
ramento ad religionem obligandi.
manifeste patet q; sic. Sicut enim in
malo q̄nto voluntas est magis affiri

Quartum.

mata ad malum. tanto peior est. sicut
in obstinatis pater. et qui ex mali-
cia peccant. ita etiam in bonis tan-
to voluntas melior est. quanto est
magis firmata et astricta ad bonum.
Cum ergo bonum sit q̄ pueri ad re-
ligionem veniant. multo melius est
q̄ eorum voluntas sit ad hoc firma-
ta. quod fit voto vel iuramento. vñ
et David dicebat. Iuravi et statui
custodire iudicia iusticie tue. et ang.
dicit. in epistola ad paulinam et Ar-
mentarium. Felix necessitas que ad
meliora compellit. **U**ltimum autem
considerandum restat an sint benefi-
cij alliciendi. et siquidem conuentio-
ne vel pacto precium aliqui detur. vñ
quocunq; terrenum beneficium ut
religionem intret. hoc est. illicitum.
Si autem aliquis ei aliqua beneficia
temporalia conferat ut auferat im-
pedimenta quibus impeditur a reli-
gionis ingressu. vel etiam ut eum
nutriat vel doceri faciat ad hoc q̄
sit religiovi aptus. hoc non est illici-
tum sed laudabile. Similiter et si be-
neficijs temporalib; aliquis aliquē
alliciat. ut eum favorabilem sibi red-
dat non intendens gloriam propriā.
sed gloriam dei et proximi salutem.
laudabile est. sicut et apostolus de se
ipso dicit. i. ad Corinteos. x. Per om-
nia omnibus placebo Deus etiam ali-
quos temporalibus beneficijs alli-
cit ad bene agendum. **I**n ecclēsijs
etiam quibusdam temporalium di-
stribucionibus alliciuntur aliqui ad
ecclesie deseruendum. non q̄ premissū
accipiunt. sed sunt quedam secunda-
rio illectiua ad seruendum deo. sicut
et dominus dicit. Mathei. vi. Primo
querite regnum dei et iusticiam eius
et hec omnia scilicet necessaria vite
adiciuntur vobis. **A**d primum er-
go dicendum q̄ christus. ad consilia

invitauit adolescentem in preceptis
exercitatum. ita etiam vocauit **A**ba-
theum publicanum non exercitatum
in preceptis sed potius peccatis im-
plicatum. ex quo accipere possumus
q̄ ad consilia obseruanda in religio-
ne aduocandi sunt non solum exerci-
tati in preceptis. sed etiam non exer-
citati. **A**d secundum dicendum q̄
diversitas graduum duplicitate at-
te di potest. Uno modo in diversis sta-
tibus seu conditionibus. et sic non
oporet. qui tendit ad maiorem sta-
tu vel conditionem q̄ prius exer-
citetur in minori statu vel conditio-
ne. sicut videmus q̄ illi qui volunt fi-
eri milites non prius exercentur in
laneficio. sed a pueritia exercentur
in militia. Similiter qui volunt fieri
clericī non prius exercentur in vita
laycali sed a pueritia instruuntur in
vita clericali. et hoc modo qui vo-
lunt religiosi fieri nō oportet q̄ pri-
us exerceantur in vita seculari. sed
optimum est eis si a pueritia exerce-
antur in vita religionis. quia magis
poterunt in ea proficere. **A**nde dici-
tur **T**renorum. ij. Bonum est viro
cum portauerit ingum domini ab a-
dolescentia sua. **A**llio modo possūt
accipi diversi gradus in eodem sta-
tu vñ conditio et hoc mō dicit **G**re-
gorius. q̄ in qualibet bona conuersa-
tione incipiendum est a minorib;
vt ad maiora perveniantur. Sicut enim
milites rudimentis militie. et clericī
a rudimentis clericature. ita etiam et
religiosi incipiunt a rudimentis reli-
gionis. vt proficiant usq; ad summū.
Ad tertium dicendum q̄ duplex
est occasio scilicet data et sumpta.
Lunc quidem dat aliquis occasione
alicui rhendi vel in cisternam caden-
ti. qñ facit aliquid vel dicit minus re-
ctū. ex q̄ dat p̄xio occasio ruine et tc;

Quodlibet

ruina primi imputat dāti occasiōne
Aliquando autem nō est occasio da
ta sed sumpta. pūta cum aliquis in
ducit aliquem ad bonū. et ipse ex hoc
fit deterior. non est relinquenda mo
nitio bona ppter hoc q ille sumit in
occasiōne ruine. Unde et dominus
non dimisit predicationem veritati.
propter scandalum phariseorum. vt
habetur Mat. xv. Et augustinus di
cit in epistola ad Bonifaciu[m]. et ha
betur. xxiiij. questio[n]e. iiii. Ipse pietas
et infra. Q[uo]d si plurimi essent in domo
ruitura et inde saltē vñ liberari pos
set atq id quia facere conaremus alij
semelipsos precipitatione vetarent.
doleremus de ceteris. verū de vnius
saltem salute cōsolaremur. Ad q[uo]d
tum dicendum q libertas necessitatē
coactionis opponitur. que est necessi
tas absoluta et talis necessitas est co
hibenda. Sed necessitas que est ex
suppositione finis non opponitur li
bertati. et tali necessitate expedit ut
ad communem utilitatem. alioquin
nec pacta promissionibus firmata.
nec iuramenta in rebus humanis fie
ri deberent. Multo autem magis p
huiusmodi expedit homines obliga
ti ad diuina que sunt meliora. Ad
quintum dicendum q difficultas in
gressus obsernat[ur] in religiōibus
per hoc q datur intrantibus annus
probationis. in quo difficultates re
ligionis experintur. Ad sextum
dicendum q parieti nondum desic
cato non est onus tignorum impo
nendum. tamen nō prohibetur qui
sit paries desiccandus. Desiccat[ur] aut
paries a prauo humore secularis af
fectus per religionem. et ideo contin
git q prius exercitentur aliqui in re
ligione. q eis onus prelationis aut
sacrorum ordinum imponat. de hoc
onere loquit[ur] Greg. vt p[ro]p[ter] ea q p[ro]ce
dunt in illo capitulo. et in secunda
omelia Ezech. Ad septimum dicē
dum q status religionis et status
penitentie. et est exercitium sine scho
la pfectionis. unde ad religionem re
cipiendi sunt peccatores propter pe
nitentiam. et recipiendi sunt pueri in
nocentes quasi in schola quadam p
fectionis. vt perfectius innocentiam
conservent. Ad octavum dicendū
q si omnino inviti pueri ad religio
nem inducerentur. timendum esset de
casu futuro. sed ex quo propria volū
tate se obligant et religionem ingre
diuntur. nō habet locum ratio indu
cta. Ad nonum dicendum q sicut
magnum et parvū multum et paucū
sunt p[ro]m[oti] dicuntur relative. ita et festi
natū sine velox et tardum. Nam fe
stinatum sine velox est quod in pu
tempore multum mouetur. Illa ergo
substantia minuitur que est festinata
in respectu ad debitum modum. pu
ta si aliquis aliquem statū agressus
statim a principio contemptis rudi
mentis illius status ea que sunt p[er]
fectorum in statu illo attentare vellet.
Non est autem substantia festinata
si exercitium perfectionis et quasi qn
dam scholā que est fligio a pueritia
aliquis aggrediatur. Tantum est em
culmen perfectionis vt etiam si a pu
eritia quis huiusmodi perfectionem
aggrediatur. semper habet ubi profi
ciat. sicut et Augustin[us] dicit ad Ioh
nianum de doctrina christiana. Ta
ta est inquit christianorum profunditas litterarum vt in eis quotidie
proficerem si eas solas ab incunabulo
pueritia usq[ue] ad decrepitam senectutem summo studio. meliore ingenio
conarer addiscere. Ad decimū di
cēdū q diversi ordines sūr̄q[ue] diversi
gradus vnius clericalis vite. et ideo
oportet vt a minorib[us] incipiat q ad

Quartum.

maiores tendit. Non autem oportet qui tendit ad sacros ordines exercitetur in his que pertinent ad inferiorem statum laycalis scilicet vite, et similiter in vita religionis oportet a rudimentis eius incipiat qui religionem ingreditur, ut ad summum apicum religionis pertingere possit. non tamen oportet eum prius esse exercitatum in seculari vita. **A**d undecimum dicendum quod in intelligibiliibus etiam oportet quod aliquis a minoribus in eade scientia incipiat ut ad maiora perveniat. non tamen oportet quicunq; vult addiscere aliquam scientiam maiorem. quod exerceitur in qualibet minori, sicut qui volunt addiscere liberales artes, non oportet quod prius exerceantur in mechanicis, sed solum hoc oportet quod minor scientia parat vias ad maiorem. Vita autem secularis non parat viam ad religionem, sed magis ab ea abducit. unde Gregorius dicit in principio moralium. **C**umq; adhuc me cogeret animus presenti mundo quasi speciem detinere ceperunt multa ex eiusdem mundi cura succrescere, ut in eorum iam non specie sed quod est grauius mente retinereret. **E**cce verso autem obseruantia consiliorum parat viam ad tutius et perfectius precepta divina obseruanda, que necesse est in seculari vita obseruari. **A**d duodecimum dicendum quod ratio illa in multis deficit. **P**rimo quidem quia ille qui religionem intrat non ad hoc eligitur ut sui, vel alterius curia gerat magis quam ante, sed magis ut sit sub obedientia et cura alterius. **S**ecundo quia hoc non conceditur ab omnibus quod necesse sit eligere meliorem ad regimen prelationis. **H**oc enim quosdam sufficit eligere bonum,

Aertio quia oportet eligere meliorem ad prelationem non quidem oportet simpliciter meliorem eligere sed meliorem id est magis idoneum ad hoc. pueri autem et si non sint meliores simpliciter quam adulti, sunt tamen magis idonei ad hoc ut in religione nutriantur. **V**nde Anselm⁹ in libro de similitudinibus comparat eos quod a pueritia nutriuntur in religione angelis, alios autem hominibus, quia angeli a principio, homines processus temporis ad vitam eternam pertinunt. **Q**uarto quia ad episcopatum non eligitur nisi unus, et ideo maior necessitas est quod melior assumatur, quam de intratribus religionem, qui plures accipi possunt. **A**d decimuterum dicendum quod non solu illud quod est peccatum prebet occasionem ruine, sed etiam illud quod habet speciem mali. **V**nde et apostolus dicit primo ad thessalonici, ultimo. **N**eb omni specie mala abstinent vos, et quia species enus et si fin se esset bonus ex sui institutione, tamen specie habebat mali propter similitudinem idolatrie, ideo apud eos qui erant ad idolatriam prout non erat dimittendus. **D**ed laudabiliter fuit subtractus. **I**ntritus autem Religionis, nec est fin se malum nec habet speciem mali. **B**enedictio autem et si sit de genere suo bona, tamen ad hoc quod sit actus virtutis exigitur quod sit vestita debitum circumstantiis id est ut sit conueniens et persone et loco et tempore. **N**on est autem conveniens persone quando minor presente maiore benedicit, quia sicut dicitur ad Hebreos septimo. **S**ine via contradictione quod minus est a maiore benedicitur. **A**d decimum quartum dicendum quod ille qui accedit ad consilia non querit ascensum

Quodlibet

p abruta postposit gradibz. s magl.
refecat que possunt hominem impes
vire ab obseruatione preceptorum.
sicut dictum est. Ad. xv. dicendum
q fin dictum Namq. magis esset co
trarium concludendum. ideo em de
hominibus etiam post regeneratōez
incorruptibilitatem non statim ad
dit. quia hoc non esset eis utile sed su
perbiendi occasio. Abundantia enī
temporalium et corporalium hono
rum est materia supbie. et ideo utile
est homini ad superbiam vitandam
ut ad consilia transeat. temporalium
honorū superabundātiā derelin
quens. Ad. xvij. dicendum q ample
rus Kachelis signat quietem contē
plationis. ad quam etiam consilia se
quentes non statim a principio que
nire possunt. sed post longum exerci
tium honorū operum. facilius tñ
ad predictā quietē peruenitur p obse
uantiam consiliorum q̄s per exerciti
um mandatorum in vita seculari.
Ad. xvij. dicendum q si benefic̄s te
poralibus aliqui alliciantur ad reli
gionem cum pacto. sicut solet fieri in
emptione et venditione. est illicita so
lutio. Si autem aliquis alicui prouī
deat sine pacto non est illicita solutio
vnde post premissa verba in eodem
capitulo subiungit. nisi forte de
pauperum alimento quis incontin
gue proponat. Et iterum subdit. hū
tamen absit pactio. et omnis celiſt cō
uentio. Ad. xvij. dicendum q stat
religionis q̄tum ad eos qui in eo p
ficerint est spiritualis militia. quan
tum vero ad eos qui de novo intrāt
ē quasi cuīsdā tyronicinū exercitū
et oportet ad maiorez pfectum q̄ a
principio aliquis hīmōi exercitus sh
eat. sicut et de exercitio militie tpalis
Vegetius docet in libro de re milita

ri. Ad. xix. dicendum q obligatio
pficiens matrimonii corporale non
potest fieri ante annos pubertatis.
cui obligationi similiſ est professio
que fit in religione ad ppetue reina
nendum in ea. sed ante annos puber
tatis potest fieri aliqua sponsio futu
ri matrimonij. sicut est in sponsalibz.
cui assimilatur obligatio que fit ad
religione in. Ad. xx. dicendum q sicut
glo. ibidē exponit p hoc q̄ demonia
cus curatus volebat esse in navi cu
xpo. significatur desiderium eoz qui
sunt a peccato mundati. quo cupiū
dissolvi et esse cum xpo. sed non statī
eis conceditur. sed oportet q̄ pri in
hac vita laborent. annunciando vbi
dei. Unde patet q̄ nō est ad ppositū.
Ad. xxij. dicendum q quanto alijs
magis exercitari in bono et egypto
id er seculo ad religionē trāsit. tanto
facilius in ea proficere potest sed qz
in seculari vita imminent multa peri
cula. quibus hīmōi exercitium vni
impeditur. tūtū est q̄ a principio im
pedimenta dirumpat per obseruātiā
confiliorum. Ad. xxij. dicendum q
difficilius est obseruare precepta in
vita seculari q̄ in vita religiosa. Da
gna enim vītē requiritur ad hoc q̄
aliquis in seculo vinens se immatu
latum a vītē seculi conseruet. Unde
dicitur Eccl. xij. Beatus dives q̄
inuentus est sine macula. Et postea
subditur. Quis est hic et laudabilis
eum. fecit enim miracula in vita sua.
Et ideo maioris presumpcionis esse
videtur si tamen sit presumptō q̄ ali
quis in seculo vivens considerat se
immaculatum. q̄ q̄ tante virtutis se
non existimans ad religionem trāse
at. vt facilis a peccati macula pser
uetur ad modū Zachei. qui cum sta
tura pusilliſ esſet. ad hoc q̄ xpm

Quartum.

videret. ascendit arborem siccomox
id est sicut fatuam. per quaz religio
designatur. **A**d vicecumum tertium
dicendum q̄ in unoquoq; statu ma-
ioribus sunt attribuenda. et
tamē qui ad maiorem statum pro-
ficere vult. oportet q̄ dum minor est
primordia illius status accipiat fm
illō eccl. viceimo quanto. Que in iuuē-
tute tua nō congregasti. in senectute
quomodo metes. **E**t ideo ad hoc q̄
aliquis perueniat ad perfectionem
religiōis oportet q̄ a principio etat.
Ite ad huiusmodi assūescat.

Articulus. xxiiij.

AEcundo queritur vtrum cō-
silia ordinentur ad precepta
Et videtur q̄ nō. Illud em̄
qd quod ordinatur aliud. posteriorius
est. quia finis est prior in intentione
et posterior in executione. **B**ed ob-
servationem preceptorum constat esse
priorē in executione q̄ implētōē
consiliorum. vt patet **M**athei. decīo
nono de adolescentē qui se dixerat se
seruasse legis precepta a iuventute
sua. cui datur consilium perfectionis
ergo videtur q̄ consilia nō ordinentur
ad precepta sicut ad finem. sed potius
econverso. **P**reterea finis est per-
fector his que sunt ad finem. **H**z cō-
silia sunt perfectiora preceptis. quia
consilia pertinēt ad perfectionis sta-
tum. precepta autem pertinent ad cō-
mune iusticiam. vnde et consilia pre-
ceptis supaddūtur. vt patet per hoc
q̄ **M**at. xix. dominus dicit adolescentē
qui precepta seruauerat. **A**dhuc
vnum tibi deest. si vis perfectus esse.
Ec. ergo consilia non ordinantur ad
precepta. sed potius econverso.
Preterea fm philosophum in .ij.
phi. **S**icut se habent principia ad cō-

clusiones. ita se habent fines ad ea q̄
sunt ad fines. **B**ed talis est habitudo
principiorum ad conclusiones q̄ po-
sitib; principiis ponuntur conclusio-
nes. non autem econverso. quia con-
tingit ex falso syllogisāē verum. **E**r-
go talis est habitudo finium ad ea q̄
sunt ad fines. **B**ed positis preceptis
non ponuntur consilia. **P**ulti enim
obseruant precepta qui nō obseruat
consilia. ergo consilia non ordinantur
ad precepta sicut ad finem. **P**rete-
rea augustinus dicit in libro de san-
cta virginitate. Mirabiliter desipuit
qui propter presens seculum virginis-
tatem esse solum obseruandam senti-
unt. **B**ed obseruatio preceptorum p-
tinet ad presens seculum. **E**rgo con-
siliū virginitatis non est implētū
propter precepta. et eadem ratio est
de alijs consilijs. **P**reterea precep-
ta pertinere videntur ad vitam laci-
tiam. consilia autem ad vitam contē-
platiā. **V**nde **M**athel decimono-
no vbi enumerantur precepta legis.
dicit glosa. Ecce vita actiua. vbi aut
postea sicutur. **I**bi vis perfectus esse
ē dixit. Ecce vita contēplatiua. **H**z
vita actiua ordinatur ad contēplatiā
et non econverso. ergo precepta ordi-
nantur ad consilia et non econverso.
Preterea dominus bis miraculo
se legitur turbas refecisse. Primo q̄
dem quando satianit quinq; millia
hominum ex quinq; panibus et duo
bus pisicibus. vt legitur **M**athei. xiiij.
Secundo quando de septem panib;
et paucis pisiculis satianit quatror
millia hominum. vt habetur **M**athei.
decimosexto et sic dicit glosa **M**athei.
decimoquarto. Quinq; millia pro
quinq; sensib; coporū. ita sunt qui
in seculari habitu exteriorib; recte
vni nonerunt. **W**i quinq; panibus. i.
legalib; preceptis adhuc necesse ē

l ii

Quodlibet

ut instruantur. Nam qui mundo integre renunciat quatuor millia sunt et septem panibus id est euangelica pfectio sublimes et spirituali gratia reficiuntur. Sed primo panis dominus quinqz millia hominū ex quibꝫ panibꝫ. qz quatuor millia ex septem ergo precepta sunt prævia consilijs et non econuerso. Preterea dispositiones precedunt perfectionem et ordinantur ad ipsam. Sed precepta sunt dispositiones ad consilia. dicit enim glosa Hiero. in principio Marci. Quatuor sūt qualitates. de quibꝫ sancta euangelia contexuntur. precepta. mandata. testimonia. exempla. In preceptis iustitia. In mandatis charitas. In testimonijis fides. In etiemplis perfectio. ad quam pertinet p̄filia. qz vide qz p̄cepta ordinē ad consilia et non ecōverlo. Preterea primo non est aliquid prius. Sed sicut dicit quedam glosa super. psal. Charitas primo mouet pedem ad redditum vite. De actu autem charitatis dantur precepta. ergo nihil ē prius in vita spirituali qz precepta. Nō ergo p̄filia ordinant ad p̄cepta sed potius econuerso. Preterea super illud psal. Sicut ablactawis sup matrem suam īc. dicit glosa. Sicut quinqz tempora notantur in procre atōe carnali. ita et spirituali. Primum ergo tempus est conceptionis. Secundum est in vtero alitionis. Tertium missionis. Quartum portationis et lactationis. Quintum ablactationis ita et in vtero matris ecclesie. prius cōcipiuntur dum fidei rudimentis instruimur. Inde quasi in vtero alimur in eisdem primordijs proficientes. Deinde manibus ecclesie portamur et lacte nutrimur. donec īā gradiusculis lacte matris accedamus ad mensē

patris. et postea subditur. Multe vero hunc ordinem pervertunt. ut heretici et schismati ci se ante tempus a lacte separantes. unde extinguntur. Et separari a lacte est facilioribꝫ dimissis ad difficiliora trahere. Cum ergo consilia sunt difficiliora qz precepta videtur qz periculo extinctionis se exponant. qui ad consilia accedunt. nisi prius educati in precepti. Precepta ergo ordinantur ad consilia et non econuerso. Preterea Gregorius dicit super Ezechi. Qx ex precepto bonum facere inchoantum est. Sed id quod est incipientium ordinat ad id qz pfectōis est et nō econuerso ergo p̄cepta ordinant ad p̄filiā. et non econuerso. Preterea virtus imitatur naturam. Sed natura operat prius in corpore animalis ea que pertinent ad esse sicut membra principia. qz ea que sunt de bene esse. ergo in progressu virtutis priora sunt precepta. que sunt de esse virtutis qz consilia que sunt de bene esse ipsius. et sic idem quod prius. Preterea sicut est ordo in addiscendo. ita etiam in operando. Sed in addiscendo oportet incipere a facilioribus ut ad difficiliora perteniantur. ergo in operando oportet prius implere precepta que sunt faciliora. et sic transire ad consilia. Preterea Mathei quinto dicitur in glosa. qz sermo divin⁹ est nobis via qua currimus. Sed sermo divinus preordinat precepta consilijs ut patet Mathei quinto ubi primo ponitur id quod preceptum est antiquis et postea superadditur a domino id quod perfectionis est. ergo videtur qz observatia preceptorum sic preordinanda obseruationi consiliorum. Preterea illud quod est minimum in aliquo genere. ordinatur ad

Quartum.

id quod est maximum in genere illo.
Hoc nihil est minus in vita christiana.
q̄ obseruantia preceptorū nihil aut
maius q̄ obseruantia consiliorum. ergo
precepta ordinantur ad consilia.
Preterea Hiero. dicit lug. Ath.
Qui precepta legis implere negligit
perfectiora implere non potest. ergo
oꝝ q̄ p̄i' alioꝝ ipseā p̄cepta q̄ p̄silia
et sic p̄cepta ordinat ad p̄silia. **P**re
terea prius est a quo non conuertit
consequens essendi. Sed a p̄ceptis
non conuertitur consequens essen
di ad consilia. Nō enim sequitur. Si
aliquis seruat p̄cepta. q̄ seruet con
silia. ergo obseruatio preceptorū na
turaliter precedit et ordinatur ad ob
seruantiam consiliorum. **S**ed con
tra est qd Augustinus dicit in enc.
Quocunq; mandat deus ex quibus
vnū est. Non mechaberis. et quecū
q̄ non inventur. sed spirituali cōsilio
mouentur. ex quibus vnū est. Ho
num est homini multe nō tangere.
tunc recte fiunt cum referatur ad di
ligendum deum. et proximum p̄ter
deum. sed hec duo cadunt sub prece
pto. ut patet. **A**athei vicesimosecun
do. ergo consilia ordinantur ad pre
cepta. **P**reterea illud quod est ele
ctionis ordinantur ad id quod est
necessitatis. quia electio est eorum q̄
sunt ad finem. sed consilia sunt electio
nis. p̄cepta autem necessitatis. ergo
consilia ordinantur ad p̄cepta.

Preterea illud per quod aliquid
plenis perficitur ordinatur ad illis
sed per consilia plenis et tuis co
seruantur p̄cepta. ergo consilia or
dinantur ad p̄cepta. **H**elpo. oꝝ
q̄ p̄cepta dantur de actibus vir
tutum. **D**uplex autem est virtutis act
us scilicet interior et exterior. et vter q̄
actus sub legis p̄cepto cadit. **U**nde

Augustinus dicit contra Faustum.
Q̄ quia iudei non intelligebant ho
miciū nisi per interemptionem
corporis humani. aperuit dominus
omnem iniquum motum ad noce
dum fratri in homicidij genere depu
tari. similiter etiam tātummodo cor
poralem cum femina illicitam coha
bitationem vocari mechiam. q̄ erat
in lege prohibita sed dominus demon
stravit etiam interorem concupiscē
tiam ad hoc pertinere. **U**nde manife
stum est q̄ etiā interiores actus vir
tutum sub p̄cepto cadit. **C**onsilia
ergo ordinantur ad p̄cepta. **E**t se
cundum q̄ sunt de interioribus vir
tutum actibus. et si q̄ sunt de exterio
ribus actibus sed diversimode **M**az
ad interiores actus virtutū ordinan
tur sicut in finem. **O**mnes enim inte
riores actus virtutum moralium p̄ti
nent ad mentis puritatem. ut scilicet
mens hominis a passionibus inordi
natis et ab exteriorum rerum cupidi
tate sit libera. **E**t ulterius omnes vir
tutes tam morales q̄ theologice or
dinantur ad dilectionem dei et pro
ximi. **E**t ad hec duo omnia p̄silia or
dinantur sicut ad finē scilicet ad cha
ritatem dei et proximi. et ad mentis
puritatem. **U**nde dicitur in collatio
nibus patrum. Quicquid nos ad vī
tutē cordis potest dirigere. tota vir
tute sectandū est. quicquid autem
ab hac retrahit. ut perniciosum et vi
tium devitandum est. **P**ro hac enim
vniuersa agimus atq; toleramus. p
hac patria parentes dignitates. divi
tie. delitie mundi huius et voluptas
vniuersa contemnitur. ut scilicet pu
ritas cordis perpetua retineatur. **E**t
postea subdit. **P**ro hac seiviorum
inediam. vigilias. labores corporis
nuditatem. lectionem. certasq; virtu
tēs.

Quodlibet

tes debere nos suscipere nouerim? ut per illas ab vniuersis passionib? noris illesas prepareret cor nostrum et seruare possumus et ad perfectio nem charitatis istis gradibus imita do concendere. Et hoc idem Aug. dicit de moribus ecclesie. Non reuici endis inquit generibus ciborum qsi pollutis sed concupiscentie pdomai de et dilectioni fratrum retinende in uigilat omnis intentio. Et ibidez dicitur Charitas precipue custoditur. si charitati virtus. charitati sermo. charitati habitus. charitati vultus aptatur. Unde et apostolus prima ad Corin. septimo virginitatis consilium ad hoc ordinandum docet. ut mulier innupta cogitet que sunt dei quomodo placeat deo. Et dominus Mathei decimonono paupertatis consilium ad hoc ordinat ut homo deum sequatur. quod fit per rectitudinem et puritatem interioris affect? Sic ergo consilia ordinantur sicut in finem ad precepta. secundum q? sunt de interioribus actibus virtutum. Sed secundum q? sunt de actibus exterioribus. puta non occides. no? furem facies etc. ordinantur consilia ad precepta. non sicut ad finem. No? enim propter hoc homo virginitatem seruat. ut ab adulterio abstineat. neque hoc sine aliquis suis abrenunciat. ut vt non furetur aliena. cum exteriora opera consiliorum sint maiora q? exteriora opera preceptorum. ordinantur tamen ad ea in quantum faciunt ea tutius et firmius conseruari. Qui enim sua dimittit multo magis abstinet a rapiendis alienis. Unde et Augustinus dicit in decimonono libro contra Faustum. Omnia ex hebreorum lege commemorata ita domin? commendavit. ut quicquid ex perso

na sua insuper loqueretur. vel ad ex positionem comendandam valet si quid illa obscurum posuisse. vel ad turris conseruandum quod illa voluisse. Et in libro de sermone domini in monte dicit. Qd dum fiunt illa que adduntur ad perfectionem. multo magis fiunt illa que premissa sunt ad inchoationem. Sic ergo patet q? consilia ordinantur sicut ad finem ad precepta. prout sunt de interioribus actibus virtutum. Sed ad precepta fin? q? sunt de exterioribus actibus. ordinantur consilia ad hoc q? tutius et firmius conseruentur per modum remouentis prohibens. et p?imum horum est causa secundi. Firma enim exteriorum actuum obseruatio causatur ex interiori affectione mentis bene disposita. Ad primu? ergo dicendum q? secundum quosdam diues ille mentitus est dicens se preceptra obseruasse. et precipue quantum ad unum preceptum. quod ibi commemoratur pertinens ad interiorum actum. scilicet diliges proximum tuum sicut te ipsum. Unde Origenes dicit super matheum. Scriptum est in euangelo Pm Hebreos q? cu? dominus dixisset ei. Vade et vende omnia que habes. cepit diues scalpere caput suum. et non placuit ei. Et dixit ad eum dominus. Quomodo dicas. feci legem et prophetias. scriptum est in lege. diliges proximum sicut te ipsum. et ecce multi fratres tui filii. Abrae amicti sunt stercore mortis. tes pre fame. et dominus tua plena est multis bonis. et non egreditur et ea omnino aliquid ad eos. impossibile enim est implere predictum mandatum et esse divitem. et maxime habere tantas possessiones. Et hoc idem confirmatur per Hieronymum qui

Quartum.

dicit super Mathaeum. M̄titur adolescens. Si enim quod positum est in mandatis. diligis proximum tuum sicut te ipsum. opere completest. quo modo postea audiens vēde omnia q̄ habes et da pauperib⁹. tristitia ab ijsset. Sed quia Chrysostomus ⁊ ali⁹ expositores dicunt adolescentem illū non fuisse mentitum utrumq; saluari potest. Nam hoc pceptum. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. duplē citer potest obseruari. Uno modo imperfecte. ut scilicet aliquis non faciat cōtra proximum quod nō vult sibi fieri. et vt sine detimento proximo subueniat. Alio modo ut sciliz ad subuenientium necessitatibus. p̄ timorū corporalib⁹ ita se habeat sicut ad subueniendum necessitatib⁹ propriis. hoc enim modo nō implet hoc pceptum. qui cum multis diuitiis habeat. sibi eas reseruat permit tens proximum egere. Consilia autē ad hoc ordinantur ut precepta perfectius custodiantur. Et ideo dominus obseruanti precepta imperfecte superaddit cōsilia. per que precepta perfectius obseruentur. Ad secundum dicendum q̄ perfectio vite in pceptis secundum q̄ sunt de interioribus virtutum actibus. consistit essentia liter. Nam charitas est vinculum perfectionis. sicut apostolus dicit ad col. tertio. Et ideo cum dominus pcepta charitatis posuisset. Athēi quinto subiungit. Estote ergo perfecti. Sed in consiliis que sunt de quibusdam exterioribus actibus. cōsistit perfectio instrumentaliter. quia sciliz huiusmodi cōsilia sunt quasi quedam instrumenta per que facilius ad perfectionem peruenitur. Unde in collationibus patrum dicitur. Jejunitia. vigilie. meditatio scripturarū. nuditas

ac priuatio omnium facultatum. nō perfectio. sed perfectionis instrumen ta sunt. quia non in ipsis consistit discipline illius finis. sed per illa perueniatur ad finem. Et augustinus dicit in libro de perfectione iusticie. Sic audiamus precepta perfectionis ne currere negligamus ad perfectiones charitatis. Et Hieronymus super Mathaeum dicit exponens illud. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quia inquit non sufficit tantum relinquere. iungit quod pfectus est. et secuti sumus te. quid ergo erit nobis. quasi diceret. fecim⁹ quod iussisti. quid ergo dabis pmi⁹. Precepta ergo imperfecte obseruata pertinent ad communem iusticiam. sed pfectio vite consistit in ipsa plena obseruatio preceptorum. Ad tertium dicendum q̄ aliquid ad finem ordinatur dupliciter. Uno modo ut necessarium ad finem. sine quo finis esse non potest. sicut cibis ad vitā corporis obseruandam. Alio modo sicut necessarium ad finem. sine quo ad finem nō ita bene perueniri potest sicut equus ordinatur ad iter. nō quia sine equo aliquid iter non possit. sed quia in eq̄ melius vadit. Similiter ⁊ consilia ordinantur ad precepta. non quia sine consiliis precepta obseruari non possint. quantum ad interiores actus et quantum ad exteriores. Nam Abrahā qui et coniugio et divitiis vtebatur. fuit coram deo perfectus secundū illud Genesis decimo septimo. Imbula coram ine et esto perfectus. Et quia per consilia facilius et expeditius ad perfectam preceptorum obseruantiam peruenientur. Ad quartum dicendum q̄ augustinus in verbis illis intendit excludere quorūdam dictum. qui credebat virginitatem esse

Quodlibet

necessaria solum ad carendum tribulatione corporis que in matrimonio sustinetur. observatio autem preceptorum et si in hoc seculo fiat, non tamē pertinet ad hoc seculum. sed futuro seculo coniungit. **A**d quintum dicendum q̄ precepta pertinent et ad activam et contemplatiuam vitam. **C**onsilia vero sunt instrumenta contemplatiue vite. Sed ibi precedit mētio de preceptis ordinantibus ad p̄ximum. que pertinent ad vitam activam. **A**d sextum dicendum q̄ etiā in ipso exercitio preceptorū continet inueniri differētiam perfectionis et iūperfectionis. Unde non potest dici q̄ numerus quinq̄ millium pertineat ad precepta. et numerus quatuor millia ad consilia. Sed prīmūz pertinet ad iūperfectam obseruantiam preceptorū. qualis etiam in seculari vita interdum habetur. **D**ecūdum vero pertinet ad perfectam obseruantiam preceptorū ad quam ordinantur consilia. **N**e: tamē quia primo dominus pauit quicq̄ millia q̄ quatuor millia. oportet q̄ aliquis prius exerceatur in vita seculari. q̄ transeat ad religionem. quia etiam religionem intrantes non statim perfectionem adipiscuntur. sed ad perfectionem assequendam se exercitant. sicut et intrantes scholas logice non statim efficiuntur logici. sed ad hoc se exercitant. Unde et religio quedā perfectionis schola est. **A**d septimum dicendum q̄ exempla que trāduntur in euangelio sunt exempla christi. que pertinent non solum ad consilia sed etiam ad perfectaz obseruantiam preceptorū. unde et ibi dem subdit exempla ut hic. **P**iscite s̄ me quia misericordia sum et humilia corde.

Ad octauum dicendum q̄ chari-

tas habet multos gradus. Nam prīmo est charitas incipiens et postea proficiens. et ultimo perfecta unde charitas in spirituali vita et est principium et finis. **A**d nonum dicendum q̄ obseruatio consiliorū est difficultior q̄ obseruatio preceptorū quantum ad exteriores actus. tamen obseruatio preceptorū perfecta q̄ntum ad interiores actus est lōge difficultior. Difficilius enim est depone re animi cupiditates q̄ possessiones et tamen difficilius est obseruare exteriores actus preceptorū sine consilijs q̄ cum consilijs. sicut ex premisis patet. **A**d decimum dicendum q̄ incipientes sunt in ordine instruendorum ab alijs. et ideo ex precepto mouentur ad aliquid faciendum taz in vita seculari q̄ in religione. sed quando iam perficiuntur operantur ab interiori habitu. quasi ex se ipsis non solum consilia sed etiam precepta. **A**d vndecimum dicendum q̄ sicut dictum est. charitas et est p̄incipium spiritualis vite et finis. et iō et ipsa precedit inchoata tāq̄ de esse existens spiritualis vite. et ipsa sequitur tanq̄ pertinens ad perfectum eē spiritualis vite. et tamen ea que sunt de bene esse ordinantur ad conservationem eorum que sunt de esse rei.

Ad duodecimum dicendum q̄ etiam in disciplinis prius addiscuntur ea que per alia perfectius intelliguntur. quānq̄ illa facilis sit intelligere vel habere secundum communē modum. sicut facilis est scire argumentari eo modo quo etiam ideote vñntur dialetica. quadam. q̄ scire regulas logice. et tamen preaddiscuntur regule logice ad hoc q̄ aliquis perfectius argumentari valeat. q̄ communiter ideote argumentantur. et si

Quintum.

illiter facilius est obseruare p̄cepta secundum imperfectum modum q̄ obseruare consilia. et tamen qui tendunt ad perfectam preceptorum observationem oportet q̄ incipiāt a consiliis sicut a quibusdam instrumentis. Ad decimum tertium dicendum q̄ illa que ibi dominus superaddit. non sunt consilia sed precepta. ut patet ex ipsis verbis domini. que ibi ponuntur. Tum etiam ex expositōne augustini in libro de sermone domini in monte. Ad decimum quartū dicendum q̄ obseruantia preceptorum secundum imperfectum modum est minimum in vita spirituali. h̄ est maximum si obseruetur perfecte. Ad decimum quītum q̄ perfectiora evan gelij non solum sunt consilia. sed etiā precepta. ut ex dictis patet. Ad decimum sextum dicendum q̄ illud a quo convertitur consequentia esset dī. et si prius natura quodammodo. non tamen oportet q̄ semper sit prīus tempore. Non enim in angelis vivere p̄cedit intelligere. quamvis non omne vivens intelligēs sit. quia statim a principio angelī vitam perfectam habent que est intellectualis. Et similiter qui volunt plenius precepta custodire. statim a principio consilia assumere debent. licet non omnes obseruantes precepta obseruent consilia.

Explicit Quodlibet Quartum.

Incipit quodlibet quintum.

Gesitum est de deo et angelis et hominib⁹. Deo quesitum est et quantum ad naturam divinam et quantum ad naturam alijs. **P**rima Quantum ad naturaz divinā quesitum est et de scientia et de potestate dei. Circa scientiam dei quesita sunt dno. Primo vtrum deus sciat primum instans in quo potuit creare mundum. Secundo vtrum presciti a deo possint demereri.

Articulus primus.

H primum sic proceditur. Si deus sciat primum instans in quo potuit mundū creare. Deus enim potuit creare mundū ante q̄ creaverit. Non autem potuit creare ipsum in infinitum annis. quia sic esset ei coeternus. ergo est dare aliquid instans in quo primo potuit creare mundū. Sed deus sua scientia totum comprehendit. Ergo deus scit primum instans in quo potuit creare mundū. Sed contra. Deus nihil scit quia eius omnipotētie preindicit. preindicaret autem ei omnipotentie. si esset aliquid instans in quo primo potuit creare mundū. quis sic eius potētia ad illud instans limitaretur. ergo deus nescit primum instans in quo potuit creare mundū.

Responsio dicendum q̄ duplicitur aliquid fieri in aliqua mensura loci vel temporis. Uno modo presupposita ipsa mensura. et sic particulares effectus producuntur a deo vel ab alijs agentibus in loco vel tempore.

Alio modo ut simul cum eo qđ sit